

DOMUS S. J.
I.H.S.
VERSALIENSIS

SCRIPTURA
SACRA
IN FORMAM
MEDITATIONUM
REDACTA,

A Patre NICOLAO LE PAULMIER *Societatis* JESU.





LUTETIÆ PARISIORUM,
Apud Viduam SIMONIS BE'NARD, viâ San-Jacobæâ,
è regione Collegii Ludovici Magni.
Idem Liber Gallice versum est.

M. DC. XCII.
Cum Privilegio Regis.



REGI SÆCULORUM IMMORTALI, INVISIBILI, SOLI DEO.

1. Tim. 1. 17

* 
Ructavit cor meum Pſ. xliv. 2
verbum bonum :
dico ego opera mea
*regi, * Deo cæli,* 1. Eſd. vi. 9
** dominatori univerſæ terræ;* Zachar. iv. 14
** quoniam ex ipſo ſunt omnia,* Rom. xi. 36
ipſi gloria.
** Benedictus es, Domine* I. Par. xxix. 10,
*Deus Iſrael; * tua ſunt omnia:* 14
& quæ de manu tua accepimus,
*dedimus tibi. * Scio Deus meus* 17
quòd probes corda, & ſimplici-
tatem diligas; unde & ego in

ſimplicitate cordis mei lætus obtuli universa hæc.

Pſ. cxviii. 97 * *Quomodo dilexi legem tuam, Domine! tota die meditatio*
82 *mea eſt*; * *defecerunt oculi mei*
143 *in eloquium tuum*; * *tribulatio & anguſtia invenerunt me: mandata tua meditatio mea*
61 *eſt*; * *funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam*
50 *non ſum oblitus.* * *Hæc me conſo-*
24 *lata eſt in humilitate mea*: * *& conſilium meum juſtificationes tuæ.*

129 * *Mirabilia teſtimonia tua:*
Pſ. xviii. 11 * *deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum:*
ibid. * *dnlciora ſuper mel & favum*,
Pſ. cxviii. 129 * *ideo ſcrutata eſt ea a i ma mea.*

85 * Narraverunt mihi iniqui fabulationes: ſed non ut lex tua.

Jerem. xxiii. 16 Narraverunt mihi * *ſedu-*
II. Petr. i. 16 *ctiones cordis ſui*, * *doctas fa-*
Jerem x. 3 *bulas*, * *leges populorum* * *hiſto-*
Eſter. vi. 10

rias & annales priorum tempo-
rum: ſed non ut lex tua, * *lex* Pſ. xviii. 9
convertens animas, * *lex veri-* Malach. ii. 6
tatis, * *juſtitiæ*, * *vitæ æternæ.* Sap. vi. 5 Joan. vi. 69
Narraverunt * *prudentiam* Eccle. i. 17
atque doctrinam, erroreſque &
ſtultitiam; * *diſpoſitionem orbis* Sap. vii. 17
terrarum, virtutes elementorum,
* *anni curſus, & ſtellarum diſ-* 19
poſitiones, * *cogitationes homi-* 20
num, * *& quæcumque ſunt abſ-* 21
conſa, * *ſine diſciplina quæſtio-* II. Tim. ii. 23
nes: ſed non ut lex tua; * *in-* Sap. vii. 14
finitus enim theſaurus eſt homi-
nibus, quo qui uſi ſunt, parti-
cipes facti ſunt amicitiæ Dei.
Narraverunt mihi * *in per-* I. Cor. ii. 4
ſuaſibilibus humanæ ſapientiæ
verbis: ſed non ut lex tua * *in* ibid.
oſtenſione ſpiritus & virtutis.
Narraverunt mihi * *ſapien-* 6
tiam hujus ſæculi, principum
hujus ſæculi: ſed non ut lex
tua * *ſapientiam præſtans par-* Pſ. xviii. 8
vulis, * *Dei ſapientiam*, * *quam* I. Cor. ii. 7
nemo principum hujus ſæculi
cognovit.

Eccle. IX. 1 * *Omnia hæc tractavi in corde meo, ut curiosè intelligerem:*
1. 17 **& agnovi quòd in his esset labor*
III. Reg. X. 8 *& afflictio spiritûs.* * *Beati servi tui, qui audiunt sapien-*
Luc. XI. 28 *tiam tuam;* * *quin immo beati*
Ps. CXVIII. 136 *qui audiunt & custodiunt.* * *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt le-*
176 *gem tuam;* * *erravi sicut ovis quæ periit: quære servum tuum, quia mandata tua non*
5 *sum oblitus.* * *Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas.*

Eccli. LI. * *Confitebor tibi, Domine Rex, & collaudabo te Deum salva-*
8 *torem meum:* * *laudabit* usque ad mortem *anima mea Do-*
Ps. CXVIII. 34 *minum.* * *Da mihi intellectum,*
18 * *revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua* usque ad mortem.

6 * *Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis*
162 *tuis;* * *lætabor ego super eloquia*

tua, ſicut qui invenit ſpolia multa. * *Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor & protector factus es mihi;* * *vivet anima mea, & laudabit te,* * *ô Domine, quia ego ſervus tuus, ego ſervus tuus.*

Eccli. LI. 2


Pſ. CXVIII. 175

Pſ. CXV. 16

* *Salvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperantem in te.*

Pſ. LXXXV. 2





PRÆFATIO.



Editationum ſolis ſacræ Scripturæ verbis contextarum novam ideam propono : non eâ quidem fiduciâ ut ſtatim omnium ſuffragio comprobandam illam eſſe mihi pollicear; ſed eo dumtaxat conſilio, ut cenſuræ publicæ ſubjectam, aut emendem ipſe amicorum adjutus monitis, aut penitus abjiciam, ſi minùs placuiſſe animadvertero. Neque verò alia mente aggredi me par erat ad Meditationes ejuſcemodi, quod mihi propoſitum eſt, elucubrandas, in ſingulos totius anni Eccleſiaſtici dies : & ad uſus omnes pietatis, tum ejus quæ eſt Fidelibus omnibus communis,

tum ejus quæ est singulorum propria. Sanè tam longi temporis opus istud est tantique laboris: ut nisi utriusque impendio præcipua quædam, & indubitata utilitas responderet, jactura non solùm molesta, verùm etiam religioni ducenda meritò videretur.

Atque hîc mihi præfandi finis esset, nisi prævertendum esse existimarem eorum animum, qui hac in re scrupulosiores, piaculum fortasse ducerent moveri hoc pacto, sacrorum Librorum verba ipsasque periodos, & in novum ordinem situmque digeri. Scilicet hunc illis scrupulum haud difficilè exemptum iri confido; si attenderint quibus exemplis fretus, quibus inductus rationibus id consilii susceperim.

Enimverò quotusquisque

eſt eorum Eccleſiæ Patrum qui legem Dei tractandam exponendamque ſumpſerunt in quo non ſimile quiddam cernere liceat? Eſt inter Opera divi Auguſtini tractatus utilis, ſub nomine *Speculi*, totus hinc inde collectis ſanctæ Scripturæ ſententiis contextus. Extat in Bibliotheca Patrum eximium aliud opuſculum, cujus capita ſingula partim hac methodo compoſita ſunt. Et quis neſciat quemadmodum Dionyſius ille Cartuſienſis, pietate juxta & eruditione notiſſimus, hortatore Cardinali de Cuſa, Epiſtolas omnes ſancti Pauli tanta arte tantoque judicio in unicam veluti compegerit: ut quidquid uſquam ab Apoſtolo ſcriptum eſt, id totum in locos communes certis capitibus comprehenſos redegerit.

Homiliæ Abbatis Antiochi mirifici ſanctitate vitæ & celebris doctrinâ. *Baron. ad ann.* 614.

Jam quo pietatis ſenſu

quáve admiratione legimus Divi Bernardi Opera? Sacras ille Paginas ita memoriæ infixerat, earumque ſtylum ita penitus imbiberat, nihil ut pene niſi divinam Scripturam loqueretur; ſive germanum, ut ſæpè, ſenſum ſecutus; ſive in alium ſubinde verba deflectens, & ad omnem pii ſermonis materiam mira facilitate accommodans.

Demum quid attinet commemorare preces, quæ ſæpè adhibentur in celebratione divini Sacrificii, in officio Eccleſiaſtico, in quibuſdam cærimoniis Religionis? Nónne ſunt conſertæ verbis ſacrorum Bibliorum & locis è ſua ſede erutis, in alium digeſtis ordinem, in eamdem ſententiam colligatis, repetitis, & tanquam in numerum intercalatis.

Equidem non ſum neſcius

haberi ab ſancto Hieronymo pro Scripturarum ſanctarum depravatoribus quoſdam homines, qui *quidquid dixerint, hoc legem Dei putant: nec ſcire dignantur quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum, incongrua aptant teſtimonia; quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus depravare ſententias, & ad voluntatem ſuam, Scripturam trahere repugnantem.*

Epiſt. ad Paulin.

Hos Sanctus Doctor cum iis comparat, qui *Homerocentonas*, & *Vergiliocentonas* fingere amabant, hoc eſt, Poëmata ex Homeri, & Virgilii carminibus conflata celebrandis Chriſtianæ Religionis myſteriis: & quæ Homerum, ac Maronem, *Chriſtianos fuiſſe ſine Chriſto*, innuere viderentur.

Puerilia ſunt hæc, addit Hieronymus, *& circulatorum*

ludo similia docere quod ignores; immo, ut cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quòd nescias.

Revera puerilis est ars ista Centonum, & circulatoria, quæ dum Auctorum dicta ad argumentum traducit prorsus alienum ab eorum sententia, quasi personatos illos exhibet: ut si quis historiam aut elogium profanum heroïs cujuspiam verbis sacræ Scripturæ consueret. Atque hoc unum est quod cum stomacho rejicit divus Hieronymus, non illum sacrarum Litterarum usum, quo sic dissolvitur verborum contextus, ut tamen nusquam abhorrens ab illarum dignitate sensus emergat.

Ego sanè hunc scopulum effugisse videor: certè ut effugerem, mihi semper curæ fuit. Etsi enim sensum qui

litteralis dicitur, non ubique ſum ſectatus: at myſticum, qui verbo Dei etiam inditus eſt, ſive allegoricum, ſive tropologicum, ſive anagogicum aſſequi ſtudui. Litterali tamen & ſpirituali, ſeu myſtico, tertium adjunxi non inuſitatum Sanctis Patribus, divini autem verbi præconibus, librorumque aſceticorum Scriptoribus familiarem. Is eſt videlicet quem vocant *applicationis*, ſeu *accommodationis* ſenſum: quo nihil neque de veritate, neque de auctoritate dignitateque ſanctæ Scripturæ detrahitur: quandiu intra pietatis ac prudentiæ fines conſiſtit.

Hoc porro qualecumque eſt opus, veſtro judicio eruditi Lectores, præſertim verò Eccleſiæ cenſuræ ſubjicio, certus ab incœpto potiùs

quàm ab ejus voluntate, vel minimum diſcedere. Sin methodum iſtam adhibendæ Scripturæ ſacræ probari ac prodeſſe intellexero: quidquid vitæ ſupereſt, huic

II.Cor. xii. 15 exercitationi *libentiſſimè impendam, & ſuper impendar ipſe*: paratus haud multo pòſt in lucem eas Meditationes edere, quas primum anni Eccleſiaſtici trimeſtre poſtulat.

Prolog. Eccli. * *Hortor itaque venire vos cum benevolentia & attentiori ſtudio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur, ſequentes imaginem ſapientiæ, deficere in verborum*

Eccli. xxxiii. 18 *compoſitione.* * *Reſpicite quoniam non mihi ſoli laboravi, ſed omnibus exquirentibus diſciplinam:*

Prolog. Eccli. * *illis qui volunt animum intendere, & diſcere quemadmodum oporteat inſtituere mores, qui ſecundùm legem Domini propoſuerint vitam agere.*



ADMONITIO.

OPeræ pretium eſt indicare quem in his Meditationibus ordinem ſecutus ſim. Is earum rerum ſeriem complectitur, quibus homo ad Deum quaſi ducitur ; & ſequentia capita continet.

I. Principium hominis & finem : quo in utroque expenduntur rationes & cauſæ primariæ, quæ hominem Deo mancipare debent.

II. Præſidia divinitùs homini, ſive intra naturæ vim & limites, ſive ſupra illam, data, quibus ad ſuum perducatur finem : in quibus & quid agendum ſibi privatim ac propriè incumbat agnoſcit, ac ſimul ſuos errores deprehendit.

III. Humani cordis improbitatem & labem, à ſuo fine, dum peccat, aberrantis.

IV. Extrema illa, quò peccata deducunt hominem, poſt vitæ errores ; videlicet, mortem, judicium privatum, ac inferorum

cruciatus, nisi pœnitentiæ ope redeat in viam.

V. Reditum hominis ad Deum, post agnita errorum suorum pericula & exitia.

VI. Restitutum & receptum in viam Justitiæ hominem, Filii Dei gratiâ, hominis nostrâ causâ facti.

VII. Eumdem Christi doctrinam & exempla constanter & religiosè sectantem.

VIII. Fluxas opes contemnentem ac repudiantem.

IX. Abhorrentem à superbia & humilitati studentem.

X. Formam ac modum pœnitentiæ, ad exemplar Christi in olivarum horto cruciatus auspicantis.

XI. Voluptatum condemnationem, & christianam sensuum vexationem, ad aspectum Christi patientis.

XII. Perfectam Christiani cum suo rege Christo spinis coronato similitudinem.

XIII. Animæ sensa & affectus super morte Christi.

XIV. Christiani fiduciam & consolationem ob crucis potentiam & gloriam.

XV. Hominis felicitatem, per vitam Christi exemplis & doctrinæ congruentem, comparati ad sanctè moriendum.

XVI. Christiani spem in Christi resurrectione tanquam exemplo & causa tum animæ ad gratiæ vitam resurgentis, tum corporis ad vitam immortalem excitandi.

XVII. Animæ statum caritatis vias ingressæ.

Hoc velut itinere deducitur homo ad Deum; hic ordo est verus meditationum, quemadmodum è Sancti Ignatii germana methodo, in spiritualibus Exercitiis tradi debent. Quòd si quis vacuum à negotiis ad piam secessionem, tempus non habeat, is ordinem tamen meditationum hunc sequi potest, qui ad Christianam perfectionem dux certissimus est; aut quas lubebit, Meditationes deliget, prout sua cuique pietas maximè suadebit.


Qui verò per dies aliquot vacare uni Deo sibique statuerint, & hunc librum eam ob rem adhibere, varios Indices reperient, & seriem multiplicem Meditationum pluribus secessionibus ido-

nearum : unde illam quam suo vitæ instituto ac moribus aptam judicabunt, eligent.

Additus etiam est Index rerum, in eorum gratiam qui sacra Biblia cognoscere diligentius cupiunt.

Si Meditationes istæ videbuntur aliquando prolixiores, id ex iis sufficiet decerpere quod satis erit ad piæ Meditationis implendum tempus. Sanè verba sacrarum Litterarum ac sententiæ, tanta luce animum perfundunt, sic attollunt ad Deum, sic voluntatem accendunt, ita mentem feriunt ac percellunt, ut pauculæ interdum ad luculentam meditationem sufficiant. Sed eo valebit hæc illarum amplitudo & copia, ut & sacræ Scripturæ pretium dignitasque faciliùs intelligatur, & eam legendi meditandique cupiditas accendatur, opibus uberrimis, quas in hoc ditissimo thesauro Spiritus sanctus abdidit, fusiùs explicatis.

Qui textus Scripturæ plus semel intra unam Meditationem usurpantur, ii diverso charactere excusi sunt : ac primo dumtaxat loco suum habent asteriscum qui indicet, unde sumpti sunt.



MEDITATIONUM

INDEX.





TRES

MEDITATIONES

DE PRINCIPIO RERUM OMNIUM ET FINE HOMINIS.

PRIMA MEDITATIO.

Deus creavit omnia.

PRIMUM PUNCTUM.

Deus creavit Mundum.

Isai. xl. 26 *  Evate in excelsum oculos vestros, & videte quis creavit hæc. — Creavit Deus universa,

Hebr. iii. 4 * Omnis domus fabricatur ab aliquo : qui autem omnia creavit, Deus est.

Gen. i. 1 * In principio creavit cælum — Initio temporum, & per seipsum,
Apoc. xiv. 7 & terram *, mare & fontes aqua-
Exod. xx. 11 rum, * & omnia quæ in eis

ſunt. * Fecit terram in fortitu- Jer. LI. 15
dine ſua, præparavit orbem in
ſapientia ſua, & prudentia ſua
extendit cælos.

Sine cujuſquam ope,

* Quis adjuvit ſpiritum Do- Iſai. XL. 13
mini? aut quis conſiliarius ejus
fuit, & oſtendit illi? * Cum 14
quo iniit conſilium? * Ex ip- Rom. XI. 36
ſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt
omnia. * Omnia per ipſum fa- Joan. I. 3.
cta ſunt: & ſine ipſo factum eſt
nihil.

Singula ſine tempore, omnia autem ſpatio ſex dierum.

* Qui vivit in æternum, crea- Eccli. XVIII. 1
vit omnia ſimul: * ſex diebus: Exod. XX. 11.
* & valde bona. * Omnia in Gen. I. 31. Sap. XI. 21.
menſura, & numero, & pon-

Perfectiſſima.

dere. * Non eſt minuere, ne- Eccli. XVIII. 5
que adjicere, nec eſt invenire
magnalia Dei. * Cùm con- 6
ſummaverit homo, tunc inci-
piet; & cùm quieverit, aporia-
bitur.

Ex nihilo,

* Ex nihilo fecit illa Deus, II. Mach. VII. 28.
& hominum genus: * quia ipſe Pſ. CXLVIII. 5
dixit: & facta ſunt: ipſe man-

Et ſtabilia.

davit, & creata ſunt. * Statuit 6
ea in æternum, & in ſæculum
ſæculi: præceptum poſuit, &
non præteribit.

* *Hic eſt Deus noſter*, & Bar. III. 36
non æſtimabitur alius adverſùs

Ps. LXXXVIII. 9 eum. * Domine Deus virtu-
Eccli. I. 8 tum, quis ſimilis tibi? * Unus eſt altiſſimus creator omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis.

Hic eſt Deus noſter.

II. PUNCTUM.

Deus creavit primum hominem.

Gen. I. 26 * AIt : Faciamus hominem ad imaginem, & Deus creavit hominem ſimilem ſibi,
Gen. II. 7 ſimilitudinem noſtram. * Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ; & factus eſt homo in animam viventem.


Sap. II. 23 * Creavit hominem inexter- Cum multis dotibus naturæ & gratiæ,
Gen. II. 15 minabilem : * & poſuit eum in paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illum.
Eccli. XVII. 2 * Secundùm ſe veſtivit illum
3 virtute. * Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt
4 ſuper terram. * Poſuit timorem illius ſuper omnem carnem, & dominatus eſt beſtiarum & vo-

latilium. * Creavit ex ipso ad- 5
jutorium simile sibi : consilium,
& linguam, & oculos, & au-
res, & cor dedit illis excogi-
tandi, & disciplinâ intellectûs
replevit illos. * Creavit illis 6
scientiam spiritûs, sensu im-
plevit cor illorum, & mala &
bona ostendit illis.
Ut sibi serviat, * Posuit oculum suum super 7
corda illorum, ostendere illis
magnalia operum suorum, * ut 8
nomen sanctificationis collau-
dent ; & gloriari in mirabili-
bus illius, ut magnalia enarrent
operum ejus. * Addidit illis 9
disciplinam, & legem vitæ
hereditavit illos. * Testamen- 10
tum æternum constituit cum il-
lis, & justitiam & judicia sua
ostendit illis : * & magnalia 11
honoris ejus vidit oculus illo-
rum, & honorem vocis audie-
runt aures illorum, & dixit il-
lis : attendite ab omni iniquo.
Liberè, * Ab initio constituit homi- Eccli. xv. 14
nem, & reliquit illum in ma-
nu consilii sui : * adjecit man- 15
data & præcepta sua. * Si vo- 16
lueris mandata servare, con-
servabunt te, & in perpetuum

17 fidem placitam facere. * Appo-
ſuit tibi aquam & ignem : ad
quod volueris , porrige manum
tuam.
18 * Ante hominem vita &
mors , bonum & malum , quod
19 placuerit ei, dabitur illi : * quo-
niam multa ſapientia Dei , &
fortis in potentia , videns om-
20 nes ſine intermiſſione. * Oculi
Domini ad timentes eum , &
ipſe agnoſcit omnem operam
21 hominis. * Nemini mandavit
impiè agere , & nemini dedit
22 ſpatium peccandi ; * non enim
concupiſcit multitudinem filio-
rum infidelium & inutilium.

Quippe remunerandus, aut puniendus à Deo, prout bene aut male egerit.

Rom. VI. 12 * Non ergo regnet peccatum in
Eccli. XV. 11 mortali corpore. * Non dixeris:
per Deum abeſt; quæ enim odit,
12 ne feceris. * Non dicas : ille
me implanavit ; non enim ne-
ceſſarii ſunt ei homines im-
13 pii. * Omne execramentum er-
roris odit Dominus , & non
erit amabile timentibus eum.



III. Punctum.

Deus creavit omnes homines.

Ex uno homine nati ſunt cęteri ad eundem finem.

* FEcit ex uno omne genus Act. xvii. 26.
hominum inhabitare ſu-
per univerſam faciem terræ, de-
finiens ſtatuta tempora, & ter-
minos habitationis eorum,
* quærere Deum, ſi fortè at- 27
trectent eum, aut inveniant,
quamvis non longè ſit ab uno-
quoque noſtrûm: * in ipſo enim 28
vivimus, & movemur, & ſu-
mus: ſicut & quidam Poëta-
rum dixerunt: ipſius & genus
ſumus.

Unuſquiſque hoc fruitur bono.

* *Hæc dicit Dominus* faciens Iſai. xliv. 2
& formans te ab utero auxilia-
tor tuus; * qui formavit homi- ii. Mac. vii. 23
nis nativitatem, quique om-
nium invenit originem: * qui Pſ. xxxii. 15
finxit ſigillatim corda eorum:
* & vocat ea quæ non ſunt, Rom. iv. 17
tanquam ea quæ ſunt, * portans Heb. i. 3
omnia verbo virtutis ſuæ; * & Col. i. 17
omnia in ipſo conſtant.

Beneficio creationis.

Hæc dicit. * Ubi eras quan- Job. xxxviii. 4
do ponebam fundamenta ter-

ræ ? Indica mihi, si habes in-
21 telligentiam. * Sciebas tunc
quòd nasciturus esses ? & nu-
merum dierum tuorum nove-
Jer. I. 5 ras ? * Priusquam te formarem
XXXI. 3 in utero, novi te ; * in charita-
te perpetua dilexi te : ideo at-
Isai. XLIII. 1 traxi te miserans. * Vocavi te
XLII. 6 nomine tuo, meus es tu ; * ap- Conserv[ati]onis.
prehendi manum tuam, & ser-
XLIX. 3 vavi te ; * servus meus es tu,
XLI. 24 quia in te gloriabor. * Ecce vos Et potentiæ ad agendum.
estis ex nihilo, & opus vestrum
Joan. XV. 5 ex eo quod non est, * quia sine
Jer. XVIII. 6 me nihil potestis facere. * Ec-
ce sicut lutum in manu figuli,
Isai. XLIII. 7 sic vos in manu mea. * Omnem
qui invocat nomen meum, in
gloriam meam creavi eum.
XLII. 2 * Ego Dominus, hoc est no-
men meum : gloriam meam
alteri non dabo.

Isai. XLIV. 24 * Hæc dicit Dominus redem-
ptor tuus, & formator tuus ex
utero.

Rom. VI. 1 * Quid ergo dicemus ?

Eccle. XII. 1 * *Memento creatoris tui* in die-
bus juventutis tuæ, antequam
veniat tempus afflictionis, &
appropinquent anni de qui-
bus dicas : non mihi placent.

Atque illud sæpe revocandum est in memoriam, ut magnificetur creator in omnibus.

* Antequam * revertatur pulvis 6
in terram ſuam unde erat, & 7
ſpiritus redeat ad Deum qui dedit illum.

Memento creatoris tui: * quia Iſai. LIV. 5.
dominabitur tui, qui fecit te.

Memento creatoris tui. * Quid 1. Cor. IV. 7.
habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris
quaſi non acceperis?* Bono ani- Eccli. XXXV. 10
mo redde gloriam Deo; * & ſu- XXXII. 17
per his omnibus benedicito Dominum qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis ſuis.

* In tota anima tua time Do- VII. 31.
minum: * in omni virtute tua 32
dilige eum qui te fecit.

IV. PUNCTUM.

Deus creavit omnes homines propter ſemetipſum.

Eſſe hominem & eſſe pro Deo idem eſt.

* QUis finis meus? Job. VI. 11
* Ego ſum Alpha & Apoc. I. 8
Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt
omnipotens. * Ego primus & Iſai. XLIV. 6
ego noviſſimus.

* Vanitas vanitatum, dixit Eccle. XII. 8

Ecclesiastes, & omnia vanitas.
13 * Deum time, & mandata ejus
observa: *Hoc est enim omnis ho-
mo.*
Sap. xv. 1 * Deus noster: * nosse te con-
3 summata justitia est: & scire
justitiam, & virtutem tuam,
radix est immortalitatis: *Hoc
est enim omnis homo.*

Ps. iv. 3. * Filii hominum usquequo
gravi corde? ut quid diligitis
vanitatem & quæritis menda-
Rom. vi. 22 cium? * Servi facti Deo,
habetis fructum vestrum in san-
ctificationem: finem verò vitam
æternam: *Hoc est enim omnis
homo.*

Sap. xiii. 1 * *Vani* autem sunt omnes ho-
mines, in quibus non subest
scientia Dei: *Hoc est enim om-
nis homo.*

Rom. i. 20 *Vani sunt:* * ita ut sint inex-
21 cusabiles: * quia cùm cogno-
vissent Deum, non sicut Deum
glorificaverunt, aut gratias ege-
runt; sed evanuerunt in cogita-
tionibus suis, & obscuratum
22 est insipiens cor eorum. * Di-
centes enim se esse sapientes,
25 stulti facti sunt. * Qui com-
mutaverunt veritatem Dei in

mendacium : & coluerunt, & servierunt creaturæ potius quàm Creatori, qui est benedictus in sæcula.

* Dicit Dominus : Non glo- Jer. IX. 23
rietur sapiens in sapientia sua:
& non glorietur fortis in forti-
tudine sua : & non glorietur di-
ves in divitiis suis : * sed in hoc 24
glorietur, qui gloriatur, scire
& nosse me : *Hoc est enim omnis homo.*

* Initium sapientiæ timor Eccli. I. 16
Domini. * Corona sapientiæ 22
timor Domini : *Hoc est enim omnis homo.*

* Vir insipiens non cognoscet, Ps. XCI. 7.
& stultus non intelliget hæc.

* Quis sapiens, & custodiet Ps. CVI. 43
hæc? & intelliget misericordias Domini.

Quod ut bene intelligat homo & præstet, Creatoris opem implorat.

* Heu! Heu! Heu! Domine Jer. XXXII. 17
Deus : ecce tu fecisti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne
verbum. * Cor mundum crea Ps. L. 12
in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis.

* Emittes spiritum tuum, & Ps. CIII. 30
creabuntur, & renovabis faciem terræ.



II. MEDITATIO.

De gloria Creatoris.

I. PUNCTUM.

Admiratur homo creatorem suum.

Job. XXXVII. 14 * AUſculta hæc, ſta, & *conſidera* mirabilia Dei. Admiratur eum extra ſe.
Iſai. IX. 6 * Nomen ejus, Admirabilis;
Job. V. 9 * Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia abſque nume-
Pſ. LXXI. 18 ro, * ſolus.

Conſidera.

Pſ. XVIII. 2 * Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat
3 firmamentum. * Dies diei eructat verbum, & nox nocti indi-
4 cat ſcientiam.* Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum
5 non audiantur voces eorum.* In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ ver-
6 ba eorum. * In ſole poſuit taber-
7 naculum ſuum, * nec eſt qui ſe
Job. IX. 7 abſcondat à calore ejus. * Præ-
Pſ. XCII. 1 cipit ſoli, & non oritur. * Fir-

mavit orbem terræ qui non
commovebitur : * respicit ter- Ps. CIII. 32
ram, & facit eam tremere.
* Mirabiles elationes maris, Ps. XCII. 4
mirabilis in altis Dominus.
* Operuit cælos gloria ejus : & Hab. III. 3
laudis ejus plena est terra. * In- Rom. I. 20
visibilia ipsius à creatura mun-
di, per ea quæ facta sunt, in-
tellecta, conspiciuntur : sempi-
terna quoque ejus virtus & di-
Et in seipso. vinitas. * Signatum est super Ps. IV. 7
nos lumen vultûs tui Domine:
dedisti lætitiam in corde meo.
* Bonum est confiteri Domino, Ps. XCI. 2
& psallere nomini tuo altissime:
* quia delectasti me Domine 5
in factura tua : & in operibus
manuum tuarum exultabo.
* Quàm magnificata sunt ope- 6
ra tua Domine ! nimis profun-
dæ factæ sunt cogitationes tuæ.

* Quid est homo, quia ma- Job. VII. 17
gnificas eum ? aut quid appo-
nis erga eum cor tuum ? * Ima- I. Co. XI. 7
go & gloria Dei est. * Mirabi- Ps. CXXXVIII. 6
lis facta est scientia tua ex me:
non potero ad eam. * Confite- 14
bor tibi, quia terribiliter ma-
gnificatus es : mirabilia opera
tua, & anima mea cognoscit

Ps. xxxiv. 9. nimis. * Anima autem mea
exultabit in Domino ; & dele-
ctabitur super salutari suo.
10 * Omnia ossa mea dicent : Do-
mine, quis similis tibi ?

II. Punctum.

Excitat se cum creaturis ad benedicendum ei.

Apoc. iv. 11 * Dignus es Domine Deus
noster accipere gloriam,
& honorem, & virtutem : quia
tu creasti omnia, & propter vo-
luntatem tuam erant, & creata
sunt.
Ps. xciv. 6 * Venite, adoremus, & pro-
cidamus, & ploremus ante Do-
7 minum qui fecit nos : * quia
ipse est Dominus Deus noster.
Dan. iii. 57 * Benedicite omnia opera
58 Domini, Domino. * Benedi-
cite Angeli Domini, Domino.
82 * Benedicite filii hominum Do-
84 mino. * Benedicite Sacerdotes
85 Domini, Domino. * Benedi-
cite servi Domini, Domino.
87 * Benedicite sancti, & humi-
90 les corde Domino. * Benedi-

cite omnes Religioſi Domino.
* Reges terræ, & omnes po- Pſ.cxlviii.11
puli: principes, & omnes ju-
dices terræ. * Juvenes & vir- 12
gines, ſenes cum junioribus
laudent nomen Domini: * quia 13
exaltatum eſt nomen ejus ſo-
lius. * Confeſſio ejus ſuper cæ- 14
lum & terram.
* Benedic anima mea Domi- Pſ. cii. 1
no, & omnia quæ intra me
ſunt, nomini ſancto ejus. * Be- 2
nedic anima mea Domino, &
noli oblviſci omnes retributio-
nes ejus.

III. Punctum.

Agnoſcit ejus dominium in omnes creaturas.

Divini Dominii ratio.


* Jubilate Deo omnis terra: Pſ. xcix. 2
ſervite Domino in lætitia:
introite in conſpectu ejus, in
exultatione. * Scitote quoniam 3
Dominus ipſe eſt Deus: ipſe
fecit nos, & non ipſi nos.
* Domini eſt terra & plenitu- Pſ. xxiii. 1
do ejus: orbis terrarum, &
univerſi qui habitant in eo:

2 * quia ipse super maria funda-
vit eum, & super flumina præ-
Ps. xciv. 5 paravit eum: * ipsius est mare,
& ipse fecit illud.
Ps. lxxxviii. 9 * Domine Deus virtutum, Universitas.
10 quis similis tibi? * Tu domina-
11 ris potestati maris; * tui sunt
Esth. xiii. 10 cæli, & tua est terra; * tu feci-
sti cælum & terram, & quid-
quid cæli ambitu continetur.
Ps. lxxiii. 16 * Tuus est dies, & tua est nox;
tu fabricatus es auroram & so-
17 lem. * Tu fecisti omnes termi-
nos terræ: æstatem & ver tu
Ps. ciii. 24 plasmasti ea. * Omnia in sa-
pientia fecisti, impleta est ter-
1. Par. xxix. 11 ra possessione tua. * Tua est,
Domine, magnificentia, &
potentia, & gloria, atque vi-
ctoria: & tibi laus: cuncta enim
quæ in cælo sunt, & in terra,
tua sunt. Tuum, Domine, re-
gnum, & tu es super omnes
12 principes; * tuæ divitiæ, & tua
est gloria. Tu dominaris om-
nium; in manu tua virtus &
potentia: in manu tua magni-
tudo & imperium omnium.
13 * Nunc igitur Deus noster con-
fitemur tibi, & laudamus no-
14 men tuum inclytum. * Tua

ſunt omnia : & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.

Excellentia. * Domine, Domine Rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati. Eſth. XIII. 9

* Dominus omnium es : 11
* Dominus totius creaturæ : Iudith. IX. 17
* Dominus Dominantium : 1. Tim VI. 15
* Dominus ſolus : Iſai. XXXVII. 20
* Sempiternus Dominus. XL. 28
* Et dominatio tua in omni generatione, & generationem. Pſ. CXLIV. 13
* Benedicite Domino omnia opera ejus in omni loco dominationis ejus. Benedic anima mea Domino. Pſ. CII. 22



III. MEDITATIO.

De cognitione hominis petita ab ejus principio & fine per varios hujus notitiæ gradus.

PRIMUS.

* *Quis ego?* 1. Par. XXIX. 14

Confitetur homo, ſe de ſe nihil eſſe. * LOquar ad Dominum, cùm ſim pulvis & cinis? Gen. XVIII. 27

Ps. xxxviii. 6 * Substantia mea tanquam ni-
Gal. vi. 3 hilum ante te; * nam si quis
existimat se aliquid esse, cùm
Sap. ii. 2 nihil sit, ipse se seducit; * quia
ex nihilo nati sumus.

SECUNDUS.

Quis ego?

Se esse à Deo quidquid est.

Eccle. xi. 5 * Ignoras quæ sit via spiri-
tûs, & qua ratione conpingan-
tur ossa in ventre prægnantis.
Nescis opera Dei, qui fabrica-
tor est omnium.
Sap. vii. 1 * Sum quidem & ego mor-
talis homo, similis omnibus, &
ex genere terreni illius qui
prior factus est, & in ventre
matris figuratus sum caro.
1 Cor. xv. 10 * Gratiâ autem Dei sum id
Ps. cxxxviii. 5 quod sum: * Domine, tu for-
Job. x. 8 masti me. * Manus tuæ fece-
runt me, & plasmaverunt me
11 totum in circuitu. * Pelle &
carnibus vestisti me, ossibus &
12 nervis compegisti me. * Vitam
& misericordiam tribuisti mihi,
& visitatio tua custodivit spiri-
tum meum.

TERTIUS.

Quis ego?

Se esse Dei, & ad illi serviendum.

* Domini ego sum. * O Domine quia ego servus tuus : ego servus tuus. * Domini sumus: * opus enim manuum ejus sunt universi. Isai. XLIV. 5 Ps. CXV. 16 Rom XIV. 8 Job XXXIV. 19

* Reddite ergo quæ sunt Dei, Deo : * quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia ; ipsi gloria in sæcula. Math. XXII. 21 Rom. XI. 36

* Hymnum cantemus Domino, hymnum novum cantemus Deo nostro. Judith. XVI. 15
16 * Adonai Domine, magnus es tu & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.
17 * Tibi serviat omnis creatura tua : quia dixisti, & facta sunt.

QUARTUS.

Quis ego?

Se tamen illi non servisse.

* Imago & gloria Dei. 1. Cor. XI. 7

* Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? * Ut jumentum factus sum apud te : * & homo, cùm in honore esset, non intellexit : Thren. IV. 1 Ps. LXXII. 23 Ps XLVIII. 13

comparatus est jumentis insi-
pientibus, * & similis factus est
illis.

Deut. XXXII. 6 * Hæccine reddis Domino
stulte & insipiens? Numquid
non ipse est pater tuus, qui pos-
sedit te, & fecit, & creavit
18 te? * Deum qui te genuit, de-
reliquisti, & oblitus es Domi-
Ps. LXVIII. 6 ni creatoris tui. * Deus tu scis
insipientiam meam, & delicta
mea à te non sunt abscondita.
Marc. X. 48 * Miserere mei.

QUINTUS.

Quis ego?

Ps. CX. 2 * Magna opera Domini, ex-
quisita in omnes voluntates
Ps. CXXXIV. 6 ejus. * Omnia quæcumque vo-
luit, Dominus fecit in cælo in
terra, in mari & in omnibus
Ps. LXI. 2 abyssis. * Nonne Deo subjecta
erit anima mea?

Adeóque illi se tandem subjici debere.

Rom. IX. 20 * O homo, tu quis es, qui
respondeas Deo? Numquid di-
cit figmentum ei, qui se finxit:
quid me fecisti sic?

Isai. XLV. 9 * Væ qui contradicit fictori
suo.

Ps. XXXVI. 7 * Subditus esto Domino, &
ora eum.

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Per Orationem ad Deum Creatorem.

Quod ut fiat, humiliter orat Deum.

* DEus patrum meorum, Sap. ix. 1
& Domine miſericor-
diæ, qui feciſti omnia verbo
tuo * & ſapientiâ tuâ conſtitui- 2
ſti hominem ut dominaretur
creaturæ, quæ à te facta eſt,
* *noli me reprobare* à pueris 4
tuis, * quoniam ſervus tuus 5
ſum ego, & filius ancillæ tuæ,
homo infirmus, & exigui tem-
poris, & minor ad intellectum.
* *Noli me reprobare.* Pſ. cxviii. 94
*Tuus ſum ego, ſalvum me
fac.*
*Tuus ſum ego, ſalvum me
fac.* * Diligis enim omnia quæ Sap. xi. 25
ſunt, & nihil odiſti eorum,
quæ feciſti: nec enim odiens
aliquid conſtituiſti, aut feciſti.
Tuus ſum ego. * Conſerva Pſ. xv. 1
me Domine: quoniam ſperavi
in te. * Quomodo autem poſſet Sap. xi. 26
aliquid permanere, niſi tu vo-
luiſſes? aut quod à te vocatum

non eſſet , conſervaretur.
Job. VII. 16 *Tuus ſum ego.* * Parce mihi,
Sap. XI. 27 nihil enim ſunt dies mei. * Par-
cis autem omnibus : quoniam
tua ſunt Domine , qui amas
animas.
Iſai. XXVI. 13 *Tuus ſum ego.* * Domine
Deus noſter poſſederunt nos
domini abſque te , tantùm in
te recordemur nominis tui.
Pſ. XV. 2 *Tuus ſum ego.* * Deus meus es
Sap. XII. 16 tu , * omnium Dominus es.
Tuus ſum ego, ſalvum me fac.
Gen XXXIII. 15 * Hoc uno tantùm indigeo.





DUÆ MEDITATIONES DE MEDIIS NATURALIBUS AD FINEM HOMINIS.

PRIMA MEDITATIO.

De fine creaturarum.

I. PUNCTUM.

Deus creavit omnia pro homine.

Hominis gloria ex dominio, quod illi dedit Deus in omnes creaturas.


Omine Dominus Pſ. VIII. 2
noſter, quàm ad-
mirabile eſt nomen
tuum in univerſa
terra ! * Quid eſt homo, quòd 5
memor es ejus : aut filius ho-
minis : quoniam viſitas eum ?
* Minuiſti eum paulò minùs ab 6
angelis : gloria & honore co-
ronaſti eum : * & conſtituiſti 7
eum ſuper opera manuum tua-

8 rum. * Omnia ſubjeciſti ſub
pedibus ejus, oves & boves
univerſas, inſuper & pecora
9 campi; * volucres cæli & piſ-
ces maris, qui perambulant
10 ſemitas maris. * Domine Do-
minus noſter, quàm admirabile
eſt nomen tuum in univerſa
terra!

Pſ. CXIII. 16 * Cælum cæli Domino: ter-
ram autem dedit filiis homi-
Gen. I. 28 num. * Et ait: Creſcite, &
multiplicamini, & replete ter-
ram, & ſubjicite eam, *& do-
minamini* piſcibus maris, &
volatilibus cæli, & univerſis
IX. 2 animantibus. * Terror veſter ac
tremor ſit ſuper cuncta anima-
lia terræ, & ſuper omnes vo-
lucres cæli, cum univerſis quæ
VIII. 22 moventur ſuper terram. * Cun-
ctis diebus terræ, ſementis &
meſſis, frigus & æſtus, æſtas
& hiems, nox & dies non re-
quieſcent. *Dominamini.*

Ejuſdem felicitas ex continua benedictione Dei.

II. Mac. I. 24 * Domine Deus omnium
Creator, terribilis & fortis,
juſtus & miſericors, qui ſolus
Job. VII. 17 bonus es Rex. * Quid eſt ho-
mo, quia magnificas eum?
I. 10 * Nonne tu vallaſti eum, ac

domum ejus, universamque sub-
stantiam per circuitum ? Ope-
ribus manuum ejus benedixisti,
& possessio ejus crevit in terra ?
* Exaltabo te Deus meus Ps. CXLIV. 1
Rex : * per singulos dies bene- 2
dicam tibi. * Generatio & ge- 4
neratio laudabit opera tua, &
potentiam tuam pronuntiabunt.
* Memoriam abundantiæ sua- 7
vitatis tuæ eructabunt. * Glo- 11
riam regni tui dicent : & poten-
tiam tuam loquentur : * Ut no- 12
tam faciant filiis hominum po-
tentiam tuam : & gloriam ma-
gnificentiæ regni tui. * Re- 13
gnum tuum, regnum omnium
sæculorum : & dominatio tua
in omni generatione & genera-
tionem. * Oculi omnium in te 15
sperant Domine : & tu das es-
cam illorum in tempore oppor-
tuno. * Aperis tu manum tuam: 16
& imples omne animal bene-
dictione. * Omnia à te expe- Ps. CIII. 27
ctant, ut des illis escam in
tempore. * Dante te illis, col- 28
ligent : aperiente te manum
tuam, omnia implebuntur bo-
nitate. * Benedicite filii homi- Dan. III. 82
num Domino.

Ps. CXLVI. 7 * *Præcinite Domino in confessione*, Quam dat omnibus.
1. Pet. v. 7 * omnem sollicitudinem
vestram projicientes in eum:
quoniam ipsi cura est de vobis.

Præcinite Domino in confes-
Sap. XII. 13 *sione*, * cui cura est de omni-
VI. 8 bus; * non enim subtrahet per-
sonam cujusquam Deus, nec
verebitur magnitudinem cu-
jusquam: quoniam pusillum &
magnum ipse fecit, & æqua-
liter cura est illi de omnibus.

Præcinite Domino in confes-
Matt. v. 45 *sione*, * qui solem suum oriri
facit super bonos & malos, &
pluit super justos & injustos;
Ps. CXLVI. 8 * qui producit in montibus fœ- Etiam animantibus propter hominem.
num, & herbam servituti ho-
9 minum; * Qui dat jumentis
escam ipsorum, & pullis cor-
vorum invocantibus eum.

Ps. XXXV. 7 * Homines & jumenta sal-
8 vabis Domine: * quemadmo-
dum multiplicasti misericor-
diam tuam Deus!

1. Cor. IX. 9 * Numquid de bobus cura
10 est Deo? * An propter nos uti-
que hoc dicit? nam propter
nos scripta sunt.

Ps. XXII. 1 * Dominus regit me, & ni-
hil mihi deerit.

II. Punctum.

Homo debet referre omnia ad gloriam Dei.

Prima Ratio. Dei ordinatio quâ se homo sanctificet & illi serviat.

* Et nunc, quid Dominus Deut. x. 12
tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota
anima tua : * custodiásque man- 13
data Domini tui. *Videte itaque Ephes. v. 15
fratres, quomodo cautè ambu-
letis : non quasi insipientes, * sed 16
ut sapientes : * nolite fieri im- 17
prudentes, sed intelligentes quæ
sit voluntas Dei.* Hæc est enim 1. Thes. iv. 3
voluntas Dei, sanctificatio ve-
stra. * Omnia vestra sunt : * vos 1. Cor. iii. 22 23
autem Christi. Christus autem
Dei : * *Universa propter se-* Prov. xvi. 4
metipsum operatus est Dominus.

Secunda ratio. Excellentia Creatoris supra creaturas.

*Universa propter semetipsum
operatus est Dominus :* * quorum Sap. xiii. 3
si specie delectati : Deos putaverunt : sciant quantò his Dominator eorum speciosior est ; Speciei enim generator hæc

4 omnia constituit. * Aut si vir-
tutem & opera eorum mirati
sunt, intelligant ab illis: quo- Quibus perducendus est
niam qui hæc fecit, fortior est homo ad cognitionem
5 illis; * à magnitudine enim Dei,
speciei & creaturæ, cognosci-
biliter poterit creator horum
7 videri: * etenim cùm in operi-
bus illius conversentur, inqui-
runt, & persuasum habent:
quoniam bona sunt quæ vi-
8 dentur.* Nec his debet ignosci;
9 * si enim tantùm potuerunt
scire, ut possent æstimare sæ-
culum: quomodo hujus Domi-
num non faciliùs invenerunt?
Sap. II. 1 * Dixerunt: * Venite ergo, & quarum
6 & fruamur bonis quæ sunt, & amor improbus illum câdem privat,
utamur creatura, tanquam in
9 juventute celeriter: * quoniam
hæc est pars nostra, & hæc est
21 sors. * Hæc cogitaverunt, &
erraverunt: excæcavit enim il-
22 los malitia eorum; * & nescie-
runt sacramenta Dei, neque
mercedem speraverunt justitiæ,
nec judicaverunt honorem ani-
XV. 19 marum sanctarum; * effugerunt
autem Dei laudem & benedi-
ctionem ejus.
I. Thess. v. 3 * Et non effugient; * *Uni-* salva tamen
Prov. XVI. 4 Dei gloria,

quam reparat per suam justitiam.

versa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.

Tertia ratio, Necessitas ut cuncta redeant ad suum principium.

* Oritur sol, & occidit, & Eccle. I, 5
ad locum suum revertitur. * Ad 7
locum unde exeunt flumina, revertuntur. * Omnia de terra III. 20
facta sunt, & in terram pariter revertuntur. * *spiritus redeat ad* XII. 7
Deum, qui dedit illum. * Ho- Prov. III. 9
nora Dominum de tua substantia; *Universa propter semetipsum operatus est.* * Quoniam ex Rom. XI, 36
ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula, * qui est principium Apoc. III. 14
creaturæ, * Principium & finis. I. 8

Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

III. Punctum.

Ad gloriam Dei omnia indifferenter cooperantur homini.

Cuncta quæ fecit Deus sunt bona homini.

UNiversa propter semetipsum operatus est Dominus : * nec Eccle. VIII. 4
dicere ei quisquam potest : quare ita facis ? * Aut quis potest Job. XXXVI. 23

ei dicere : operatus es iniqui-
1. Tim. IV. 4 tatem ? * quia omnis creatura
Dei bona eſt, & nihil rejicien-
dum.

Univerſa propter ſemetipſum
Eccli. XXXIX. 21 *operatus eſt Dominus*, * univer-
ſa, bona valde. * Omnia opera
39 Domini bona, & omne opus
40 hora ſua ſubminiſtrabit. * Non
eſt dicere : hoc illo nequius eſt :
omnia enim in tempore ſuo
41 comprobabuntur. * Et nunc in
omni corde & ore collaudate,
& benedicite nomen Domini.

Dan. III. 57 * Benedicite omnia opera
64 Domini Domino. * Benedicite
omnis imber & ros Domino.
67 * Benedicite frigus & æſtus Do-
68 mino. * Benedicite rores &
71 pruina Domino. * Benedicite
72 noctes & dies Domino. * Be-
nedicite lux & tenebræ Domi-
73 no. * Benedicite fulgura & nu-
Pſ. CXLVIII. 8 bes Domino. * Ignis, grando,
nix, glacies, ſpiritus procella-
rum : quæ faciunt verbum ejus.
9 * Montes & omnes colles : li-
gna fructifera & omnes cedri :
10 * ſerpentes & volucres penna-
11 tæ : * Reges terræ & omnes po-
12 puli, * laudent nomen Domini,


Etiam quæ ſunt invicem contraria ;

Non impio, ſed juſto, qui cuncta refert ad Deum.

* Hæc omnia ſanctis in bo- Eccli. xxxix.
na; ſic & impiis & peccato- 32.
ribus in mala convertentur.

* In die bona fruere bonis, Eccle. vii. 15
& malam diem præcave; ſicut
enim hanc, & illam fecit Deus:
ut non inveniat homo contra
eum juſtas querimonias. * Sci- Rom. viii. 28
mus autem quoniam diligenti-
bus Deum, omnia cooperantur
in bonum.

* Qui cuſtodit præceptum, Eccle. viii. 5
non experietur quidquam mali.
* Dicite juſto, quoniam bene. Iſai. iii. 10



II. MEDITATIO.

De uſu creaturarum.

I. PUNCTUM.

De uſu præterito.

Agnoſcit homo miſeriam ſuam in affectibus malis, quibus adhæſit creaturis, ſectando,

* VAnitas vanitatum & Eccle. i. 2
omnia vanitas. * Quid 3
habet ampliùs homo de uni-
verſo labore ſuo quo laborat
ſub ſole? * Vidi cuncta quæ 14
fiunt ſub ſole: & ecce univerſa

vanitas, & afflictio spiritûs.
13 * Proposui in animo meo quærere & investigare sapienter de omnibus. * Cuncta ten- sive bona animi,
VII. 24 ter de omnibus. * Cuncta ten-
tavi in sapientia; dixi: sapiens efficiar: & ipsa longiùs recessit à me, * multò magis quàm
25 sit à me, * multò magis quàm
VIII. 17 erat. * Et intellexi, quòd omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eorum quæ fiunt sub sole: & quantò plus laboraverit ad quærendum, tantò minùs inveniat. Etiamsi dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.
I. 13 * Hanc occupationem pessimam
18 dedit Deus filiis hominum:* eo quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem.
II. 15 * Et dixi in corde meo: Si unus & stulti & meus occasus erit: quid mihi prodest, quòd majorem sapientiæ dedi operam?
1 * Dixi ergo in corde meo: Vadam, & affluam deliciis & fruar bonis. *Et vidi quòd hoc* Sive bona corporis, & quæ vulgo fortunæ nuncupantur.
4 *quoque esset vanitas.* * Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, & plantavi vineas:
5 * feci hortos & pomaria, &

conſevi ea cuncti generis ar-
boribus ; * & extruxi mihi piſ- 6
cinas aquarum , ut irrigarem
ſilvam lignorum germinan-
tium ; poſſedi ſervos & ancil- 7
las , multámque familiam ha-
bui ; * coacervavi mihi argen- 8
tum & aurum & ſubſtantias
Regum ac Provinciarum ; feci
mihi cantores & cantatrices ,
delicias filiorum hominum ,
ſcyphos & urceos in miniſterio
ad vina fundenda. * Omnia 10
quæ deſideraverunt oculi mei ,
non negavi eis : nec prohibui
cor meum , quin omni volupta-
te frueretur. *Et vidi quod hoc
quoque eſſet vanitas.* * Riſum re- 2
putavi errorem : & gaudio di-
xi : Quid fruſtra deciperis ?

Eandemque damnat , deteſtatur , & rejicit in poſterum.

* Idcirco tæduit me vitæ 17
meæ , videntem mala univerſa
eſſe ſub ſole , & cuncta vanita-
tem & afflictionem ſpiritûs.
* Rurſus deteſtatus ſum omnem 18
induſtriam meam , qua ſub ſole
ſtudioſiſſimè laboravi ; * unde 20
ceſſavi , renuntiavitque cor
meum ultrà laborare.

* Filii hominum uſquequò Pſ. IV. 3
gravi corde ? ut quid diligitis

vanitatem, & quæritis mendacium? * quem ergo fructum
Rom. VI. 21 habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors eſt.

II. Punctum.

De uſu præſenti creaturarum.

In illis omnibus quærit Deum homo, & illi adhæret:

Pſ. CXLIII. 15 * Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt.
Pſ. LXXII. 20 * Velut ſomnium ſurgentium, Domine, in civitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges.
24 * Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſ-
25 cepiſti me. * Quid enim mihi eſt in cælo? & à te quid volui
26 ſuper terram? * Defecit caro mea & cor meum. Deus cordis mei, & pars mea Deus in
27 æternum. * Quia ecce qui elongant à te, peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.
28 * Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: ponere in Domino Deo ſpem meam.

Sine illo nihil prodeſſe,

Matth. XVI. 26 * Quid enim prodeſt homini,

statuit tanquam certum;

si universum mundum lucretur,
animæ verò suæ detrimentum
patiatur? aut quam dabit homo
commutationem pro anima
sua? * Nonne anima plus VI. 25
est quàm esca?

Cor suum & omnes actiones dirigit ad ejus gloriam;

* Nolite diligere mundum, 1.Joan.II. 15
neque ea quæ in mundo sunt:
* & subditus fiat omnis mundus Rom. III. 19
Deo. * Sive ergo manducatis 1. Cor. X. 31
sive bibitis, sive aliud quid facitis:
omnia in gloriam Dei
facite. * Omnia in nomine Do- Col. III. 17
mini Jesu Christi, gratias agentes
Deo, & patri per ipsum.

Utitur mundo tanquam si non utatur;

* Et mundus transit & con- 1. Joan. II. 17
cupiscentia ejus. * Tempus bre- 1. Cor. VII. 29
ve est: reliquum est, ut qui habent
uxores, tanquam non habentes
sint: * & qui flent, 30
tanquam non flentes: & qui
gaudent, tanquam non gaudentes:
& qui emunt, tanquam
non possidentes: * & qui utun- 31
tur hoc mundo, tanquam non
utantur: præterit enim figura
hujus mundi.

Quod purè sufficiat ad vitam, hôc manet contentus.

* Est autem quæstus magnus 1. Tim. VI. 6
pietas cum sufficientia: * nihil 7
enim intulimus in hunc mundum;
haud dubium, quòd nec

8 auferre quid possumus. * Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.
Tob. IV. 23 * Multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, &
Matth. VI. 33 fecerimus bene. * Quærite ergo primùm regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

Gal. VI. 16 * Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos.

III. PUNCTUM.

De futuro usu creaturarum.

Seipsum tradit homo arbitrio Divinæ voluntatis,

Ps. XXX. 15 * EGo autem in te speravi, Domine. Dixi: Deus
16 meus es tu; * in manibus tuis sortes meæ.

1. Reg. III. 18 * Dominus est: quod bonum est in oculis suis, faciat.

Rom. IX. 20 * O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit:
21 Quid me fecisti sic? * An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud

verò in contumeliam ? * Num- Jer. XVIII. 6
quidsicut figulus iste, non potero
vobis facere, domus Israël, ait
Dominus ? Ecce sicut lutum in
manu figuli, sic vos in manu
mea.


* Væ qui contradicit fictori Isai. XLV. 9
suo.

Et statuit cor suum in perfecta indifferentia ad omnes eventus;

* Paratum cor meum, Deus; Ps. CVII. 2
paratum cor meum. * Scio & Philip. IV. 12
humiliari, scio & abundare;
& satiari, & esurire; & abun-
dare, & penuriam pati. * Om- 13
nia possum in eo qui me con-
fortat, * per arma justitiæ; à II. Cor. VI. 7
dextris, & à sinistris; * per 8
gloriam, & ignobilitatem; per
infamiam, & bonam famam.

Unde se firmat in voluntate adhærendi Deo suo fini.

* Quis ergo nos separabit à Rom. VIII. 35
charitate Christi ? tribulatio ?
an angustia ? an fames ? an nu-
ditas ? an periculum ? an perse-
cutio ? an gladius ? * certus sum 38
enim, quia neque mors, neque
vita, neque Angeli, neque prin-
cipatus, neque virtutes, neque
instantia, neque futura, neque
fortitudo, * neque altitudo, ne- 39
que profundum, neque creatu-
ra alia, poterit nos separare à
charitate Dei.



QUATUOR MEDITATIONES DE MEDIIS SUPERNATURALIBUS AD FINEM HOMINIS.

PRIMA MEDITATIO.

De vocatione ad fidem.

I. PUNCTUM.

Hujus vocationis necessitas ad salutem.

Hebr. XI. 6 *  INE fide impossibile est placere Deo; credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Immutabilis necessitas fidei & baptismi.
Marc. XVI. 16 * Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui

verò non crediderit, condemnabitur. * Nisi quis renatus fuerit Joan. III. 3
denuo, non potest videre regnum
Dei. * Nisi quis renatus fuerit 5
ex aqua & Spiritu sancto, non
potest introire in regnum Dei.
* Gratia Dei, vita æterna, in Rom. VI. 23
Christo Jesu Domino nostro.
* Et non est in alio aliquo salus; Act. IV. 12
nec enim aliud nomen est sub
cælo datum hominibus, in quo
oporteat nos salvos fieri.

II. PUNCTUM.

Tantæ vocationis excellentia.

Hujus vocationis excellentia petitur ex statu hominis, qui fit per baptismum

* BEnedictus Deus & Pater I. Pet. I. 3
Domini nostri Jesu Christi, qui secundùm misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex
mortuis, * in hæreditatem incor- 4
ruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem.

nova creatura,

* Voluntariè enim genuit nos Jac. I. 18
verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus;
* in Christo nova creatura; II. Cor. V. 17

Ephes. II. 10 * ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.

Joan. I. 12 * Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in no- Filius Dei,
13 mine ejus: * qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.
I. Joan. III. 1 * Ut Filii Dei nominemur &
II. Pet. I. 3 simus: * omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem, donata sunt, per cognitionem ejus, qui vocavit nos propriâ gloriâ & virtute:
4 * per quem maxima & pretiosa nobis promissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ: fugientes ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.

Joan. III. 6 * Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex Homo spiritualis & cælestis,
I. Cor. XV. 47 spiritu, spiritus est. * Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cæle-
4 stis. * Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, ta-
49 les & cælestes. * Igitur, sicut

portavimus imaginem terreni,
portemus & imaginem cæleſtis.

Et alter Chriſtus.

* Quicumque enim in Chri- Gal. III. 27
ſto baptizati eſtis, Chriſtum
induiſtis. * An ignoratis, quia Rom. VI. 3
quicumque baptizati ſumus in
Chriſto Jeſu, in morte ipſius
baptizati ſumus? * conſepulti 4
enim ſumus cum illo per bap-
tiſmum in mortem: ut quo-
modo Chriſtus ſurrexit à mor-
tuis per gloriam patris, ita &
nos in novitatevitæ ambulemus.
* Chriſto confixus ſum cruci. Gal. II. 19
* Vivo autem, jam non ego: 20
vivit verò in me Chriſtus. Quòd
autem nunc vivo in carne, in
fide vivo Filii Dei, qui dilexit
me, & tradidit ſemetipſum
pro me.

III. PUNCTUM.

Dona quæ complectitur hæc ſancta vocatio.

Nihil deeſt Chriſtiano; in ejus enim vocatione reperiuntur.

* CHriſtus ſuſcepit vos in Rom. XV. 7
honorem Dei. * In om- 1. Cor. I. 5
nibus divites facti eſtis in illo,
* ita ut nihil vobis deſit in ulla 7

Isai. xl. 11 gratia. * Sicut pastor gregem suum pascet.

Ps. cxii. 2 * Sit nomen Domini benedictum.

Ps. xxii. 1 * Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

2 * In loco pascuæ ibi me collocavit. Ortus in Ecclesia,

Super aquam refectionis educavit me: Baptismus & pia educatio,

3 * Animam meam convertit: deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum. Post peccatum pœnitentia,

4 * Nam & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Protectio Dei per gratiam in tentationibus & tempore mortis

Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. consolatio ex meritis Crucis Christi,

5 * Parasti in conspectu meo mensam, adversùs eos, qui tribulant me. Sacramentū Eucharistiæ,

Impinguasti in oleo caput meum: Pariterque confirmationis & extremæ unctionis,

Et calix meus inebrians quàm præclarus est! Gaudium in tribulationibus,

6 * Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ: Secura fiducia in divinam misericordiam, pro omnibus ejus gratiis habendis.

Et ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum. Spes vitæ æternæ.



SECUNDA MEDITATIO.

De officiis hominis Christiani.

I. Officium.

Christianæ vocationis digna æstimatio.

Hujus æstimationis regula est, amor Dei tantus, quantus erga nos potuit esse.

* Ecclesiæ Dei, sanctificatis 1. Cor. I. 2
in Christo Jesu, vocatis
sanctis, cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri
Jesu Christi in omni loco.* Gra- 3
tia vobis & pax à Deo patre
nostro, & Domino Jesu Christo.

* Vos genus electum, regale 1. Pet. II. 9
Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.

* *Videte, qualem charitatem* 1. Joan. III. 1
dedit nobis pater, ut filii Dei nominemur & simus.

Videte, qualem charitatem.
* Si filii, & hæredes: hæredes Rom. VIII. 17
quidem Dei, cohæredes autem Christi.

Videte, qualem charitatem.

1. Pet. IV. 14 * Quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt ejus ſpiritus, ſuper vos requieſcit.

Videte, qualem charitatem.

Pſ. CXLVII. 20 * Non fecit taliter omni nationi: & judicia ſua non manifeſtavit eis.

II. OFFICIUM.

Gratiarum actio.

Pſ. CVI. 1 * Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

2 * *Dicant qui redempti ſunt à Domino*, quos redemit de manu inimici, & de regionibus
3 congregavit eos, * A ſolis ortu & occaſu; ab aquilone & mari.

Qui fruuntur beneficio redemptionis Chriſti, gratos ei debent ſe præbere.

8 * Confiteantur Domino miſericordiæ ejus; & mirabilia
9 ejus filiis hominum: *quia ſatiavit animam inanem; & animam eſurientem ſatiavit bonis.

14 * Eduxit eos de tenebris, &

umbra mortis : & vincula eo-
rum diſrupit. * Confiteantur 15
Domino miſericordiæ ejus : &
mirabilia ejus filiis hominum.
* Miſit verbum ſuum, & ſa- 20
navit eos, & eripuit eos de in-
teritionibus eorum. * Confi- 21
teantur Domino miſericordiæ
ejus; & mirabilia ejus filiis ho-
minum.

Gratiarum actio.

Dicant qui redempti ſunt à Apoc. v. 9
Domino, * Redemiſti nos Deo
in ſanguine tuo ex omni tribu,
& lingua, & populo, & natione:
* & feciſti nos Deo noſtro re- 10
gnum & ſacerdotes : *& regna-
bimus ſuper terram.*

Regnabimus, * gratias agentes Col. I. 12
Deo patri, qui dignos nos fe-
cit in partem ſortis Sanctorum
in lumine ; * qui eripuit nos de 13
poteſtate tenebrarum, & tran-
ſtulit in regnum filii dilectio-
nis ſuæ.

III. Officium,

Servitus qua ſubjicimur Chriſto.

Chriſtianus non eſt ſuus, ſed Chriſti, ut

* OMnia veſtra ſunt : * vos I. Cor. III. 22 23
autem Chriſti : * ut ſervi Epheſ. VI. 6

1. Cor. VI. 19 Christi : * & non estis vestri ; ejus servus,
20 * empti enim estis pretio mag-
no; glorificate & portate Deum
VII. 22 in corpore vestro ; * qui enim Titulo em-
in Domino vocatus est servus , ptionis,
libertus est Domini : similiter
qui liber vocatus est , servus est
Christi.

23 * Pretio empti estis , nolite Cujus pretiũ,
1. Pet. I. 18 fieri servi hominum : * scientes ejus sanguis,
quòd non corruptibilibus auro
vel argento redempti estis de
vana vestra conversatione pa-
19 ternæ traditionis : * sed pretioso
sanguine, quasi agni immaculati
Christi.

II. 24 * Peccata nostra ipse pertulit
Col. II. 14 super lignum : * delens quod
adversùs nos erat chirographum
decreti , quod erat contrarium
nobis , & ipsum tulit de me-
15 dio affigens illud cruci : * &
expolians principatus & pote-
states , traduxit confidenter ,
palam triumphans illos in se-
metipso.



IV. Officium,

Vita Christo debita.


Hujus officii ratio,

* NEmo nostrum sibi vivit, Rom. xiv. 7
& nemo sibi moritur.
* Sive enim vivimus, Domino 8
vivimus: sive morimur, Do-
mino morimur. Sive ergo vi-
vimus, sive morimur, Domi-
ni sumus; * in hoc enim Chri- 9
stus mortuus est & resurrexit:
ut & mortuorum & vivorum
dominetur.

Et praxis.

* Domino Christo servite, Col. iii. 24
* qui dedit semetipsum pro no- Tit. ii. 14
bis: ut nos redimeret ab om-
ni iniquitate, & mundaret sibi
populum acceptabilem, secta-
torem bonorum operum.

* Sive ergo manducatis, sive 1. Cor. x. 31
bibitis, sive aliud quid facitis:
omnia in gloriam Dei facite:
* omnia in nomine Domini Col. iii. 17
Jesu Christi, gratias agentes
Deo & patri per ipsum.



V. Officium,

Vita Jesu Christo digna.

Philip. I. 27 * DIgnè Evangelio Christi
conversamini.
Ephes. IV. 21 * In ipso edocti estis, sicut Duo principia hujus vitæ,
22 est veritas in Jesu, * deponere
vos secundùm pristinam con-
versationem veterem hominem
qui corrumpitur secundùm de-
23 sideria erroris. * Renovamini
autem spiritu mentis vestræ,
24 * & induite novum hominem,
qui secundùm Deum creatus
est in justitia & sanctitate ve-
ritatis.
Rom. VI. 11 * Existimate, vos mortuos Quæ est insociabilis peccato & mundo.
quidem esse peccato, viventes
autem Deo, in Christo Jesu
12 Domino nostro. * Non ergo
regnet peccatum in vestro mor-
tali corpore, ut obediatis con-
cupiscentiis ejus.
I. Joan. II. 15 * Si quis diligit mundum,
non est charitas patris in eo.
Gal. V. 2 * Christus vobis nihil prode-
4 rit: * evacuati estis à Christo:
à gratia excidistis.

* Quæ enim participatio ju- II. Cor. VI. 14
ſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ
ſocietas luci ad tenebras?* Quæ 15
autem conventio Chriſti ad Be-
lial? Aut quæ pars fideli cum
infideli? * Qui autem conſen- 16
ſus templo Dei cum idolis?
Vos enim eſtis templum Dei
vivi. * Non poteſtis calicem I. Cor. X. 20
Domini bibere, & calicem dæ-
moniorum;* non poteſtis men- 21
ſæ Domini participes eſſe, &
menſæ dæmoniorum. * Nolite Epheſ. V. 7
ergo effici participes eorum.



TERTIA MEDITATIO.

De circumſtantiis ſingularis beneficii quo vocati ſumus ad fidem.

I. CIRCUMSTANTIA.

Hoc beneficium eſt à ſolo Deo.

* IN *fide vivo Filii Dei.* Gal. II. 20
* *Et unde hoc mihi?* Luc. I. 43
* Non ex ſanguinibus, ne- Joan. I. 13

A parentibus peccatum habemus,

que ex voluntate carnis, neque
ex voluntate viri; * ecce enim Pſ. L. 7
in iniquitatibus conceptus ſum,
&

& in peccatis concepit me mater mea.

1. Cor. xv. 10 * *Gratia Dei sum id quod* Fidem autem à Deo.
Jac. I. 17 *sum.* * Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio.
18 * Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.

II. Circumstantia.

Nec fuit hoc beneficium, nec est, nec erit pro infinitis propemodum hominibus extrà Christianam societatem.

Sola Dei gratia discernit hac in re homines.

IN *fide vivo Filii Dei : &*
Rom. xv. 31 *unde hoc mihi,* * ut liberer ab infidelibus,
Ps. xlii. 1 * de gente non sancta,
Rom. I. 1 * segregatus in Evangelium Dei?
1. Cor. iv. 7 * Quis te discernit? *Gratia Dei sum id quod sum.*
Gal. I. 15 * Placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam.
Ps. cxlvii. 20 * Non fecit taliter omni nationi, *& judicia sua non manifestavit eis.*

Ps. xxxii. 12 * *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus; populus quem elegit in hæreditatem.*

Isai. I. 4 * Væ genti peccatrici, po- Infelicitas populorum

qui privantur lumine fidei? nec ad hoc electi sunt à Deo:

pulo gravi iniquitate, semini
nequam, filiis sceleratis. * Ra- Ezech. XVI. 3
dix tua, & generatio tua de
terra Chanaam: pater tuus A-
morrhæus & mater tua Cethæa;
* & quando nata es in die or- 4
tus tui, aquâ non es lota in sa-
lutem.

* Alienati sunt peccatores à Ps. LVII. 4
vulva, erraverunt ab utero:
* perierunt, quasi qui non fue- Eccli. XLIV. 9
rint; & nati sunt, quasi non
nati. * Videntes turbabuntur Sap. V. 2
timore horribili, & mirabun-
tur in subitatione insperatæ sa-
lutis, * dicentes: * Justitiæ lu- 3
men non luxit nobis, & sol in- 6
telligentiæ non est ortus nobis.

** *Non hos elegit Dominus*, Bar. III. 27
neque viam disciplinæ invene-
runt; propterea perierunt.

Electi verò populi Christiani felicitas,

Beata gens cujus est Dominus
Deus ejus; populus quem ele-
git in hereditatem. * Populus Deut. XIV. 2
sanctus es Domino Deo tuo,
& te elegit, ut sis ei in populum
peculiarem de cunctis gentibus,
quæ sunt super terram.

quâ fruor potiùs quàm multi alii.

Non hos elegit Dominus; * *ele-* II. Reg. VI. 21
git me potiùs. Judicia sua non
manifestavit eis. * Mysterium, Col. I. 26

quod abſconditum fuit à ſæcu-
lis, & generationibus, nunc
manifeſtatum eſt ſanctis ejus,
27 * quibus voluit Deus notas
facere divitias gloriæ ſacra-
menti hujus in gentibus, quod
eſt Chriſtus.

*Non hos elegit Dominus: ele-
git me potiùs.*

Pſ. LXXXVIII. 19 * Domini eſt aſſumptio no-
ſtra, & ſancti Iſraël Regis no-
ſtri.

III. Circumstantia.

Nec eſt hoc beneficium, nec fuit, nec erit pro multis aliis hominibus, etiã in Chriſtiana ſocietate.

IN fide vivo Filii Dei: & unde hoc mihi?

Joan. III. 5 * Niſi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu ſancto, non po-
teſt introire in regnum Dei.
Num. XIX. 20 * Si quis hoc ritu non fuerit
expiatus, peribit anima illius
de medio Eccleſiæ, quia non
eſt aquâ luſtrationis aſperſus.

Neceſſitas baptiſmi,

Job. III. 11 * Quare non in vulva mor-
tuus ſum, egreſſus ex utero
16 non ſtatim perii? * non ſubſi-
ſterem, ſicut qui concepti non
Eccli. XXXVI. 1 viderunt lucem, * lucem miſe-
rationum.

Cujus gratia alii privantur etiam inter Chriſtianos:

Eccle. III. 13 * Dei donum eſt. *Non hos*

Alii vero fruuntur,

elegit Dominus : elegit me potiùs.

Ex speciali Dei misericordia.

* Hæc dicit Dominus, re- Isai. XLIV. 24
demptor tuus, & formator tuus
ex utero : * servus meus es tu, XLI. 9
elegi te, & non abjeci te. *Ego 10
Deus tuus : confortavi te, &
auxiliatus sum tibi. * Appre- XLII. 6
hendi manum tuam, & ser-
vavi te. * Ingressus sum pactum Ezech. XVI. 8
tecum, * & lavi te aquâ, & un- 9
xi te oleo. * Servus meus es tu, Isai. XLIX. 3
quia in te gloriabor.

IV. CIRCUMSTANTIA.

Nihil ex parte hominis movit Deum ad hanc gratiam aut largiendam, aut non largiendam.

*IN fide vivo Filii Dei : & unde hoc mihi ? Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua
non manifestavit eis* ; *sed quibus Matth. XIX. 11
datum est : * cum nondum na- Rom. IX. 11
ti fuissent, aut aliquid boni
egissent, aut mali : (ut secun-
dùm electionem propositum
Dei maneret.) * Non ex ope- 12
ribus, sed ex vocante : * non ex Ephes. II. 9
operibus : ut ne quis glorietur :
* non ex operibus justitiæ, quæ Tit. III. 5
fecimus ; sed secundùm suam
misericordiam salvos nos fe-

cit per lavacrum regenerationis
& renovationis Spiritus ſancti,
6 * quem effudit in nos abunde per
Jeſum Chriſtum Salvatorem no-
7 ſtrum : * ut juſtificati gratiâ ip-
ſius , heredes ſimus ſecundum
ſpem vitæ æternæ.


CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Actio gratiarum ad Deum authorem beneficii tam ſingularis.

Epheſ. 1. 3 * BENEDICTUS *Deus, & Pater Domini noſtri*
Jeſu Chriſti, qui benedixit nos
in omni benedictione ſpirituali in
4 *cæleſtibus, in Chriſto:* * ſicut elegit
nos in ipſo ante mundi conſti-
tutionem, ut eſſemus ſancti &
immaculati in conſpectu ejus,
in charitate.
5 *Benedictus Deus :* * qui præ-
deſtinavit nos in adoptionem fi-
liorum per Jeſum Chriſtum, in
ipſum, ſecundùm propoſitum
6 voluntatis ſuæ, * in laudem
gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gra-
tificavit nos in dilecto filio ſuo.
Benedictus Deus & Pater Do-
mini noſtri Jeſu Chriſti, qui be-
nedixit nos in omni benedictione
ſpirituali in cæleſtibus in Chri-
ii. 7 *ſto :* * ut oſtenderet abundantes

divitias gratiæ ſuæ in bonitate
ſuper nos in Chriſto Jeſu ;* gra- 8
tiâ enim eſtis ſalvati per fidem :
& hoc non ex vobis ; *Dei enim
donum eſt.*

* Et hoc ipſum erat ſapientiæ, Sap. VIII. 21
ſcire cujus eſſet hoc donum,
* fidei donum electum, & ſors III. 14.
in templo Dei acceptiſſima.
* Gratias Deo ſuper inenarrabili II. Cor IX. 15
dono ejus : * & particula boni Eccli. XIV. 14
doni non te prætereat.



IV. MEDITATIO.

De memoria vocationis ad Fidem.

PRO VARIIS USIBUS.

Doctrinam Christianam retine.

PRIMUS USUS.

* QUID *retribuam Domi-* Pſ. CXV. 21
*no, pro omnibus quæ re-
tribuit mihi ?*

* Permane in iis quæ didi- II. Tim. III.
ciſti, & credita ſunt tibi, ſciens 14
à quo didiceris, * & quia ab in- 15

fantia sacras litteras nosti, quæ
te possunt instruere ad salutem,
per fidem quæ est in Christo
I. Tim. VI. 20 Jesu. * Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates & oppositiones falsi nominis
21 scientiæ, * quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.

II Joan. I. 9 * Omnis qui recedit, & non
permanet in doctrina Christi,
Deum non habet: qui permanet
in doctrina, hic & patrem &
10 filium habet. * Si quis venit ad
vos, & hanc doctrinam non
affert, nolite recipere eum in
domum, nec Ave ei dixeritis:
11 * qui enim dicit illi Ave, communicat operibus ejus malignis.

Secundus Usus.

Vitæ innocentiam conserva.

Quid *retribuam pro omnibus quæ retribuit mihi?*
Psal. XXXVI. 37 * *Custodi innocentiam:* * bo-
II. Tim. I. 14 num depositum custodi per Spiritum sanctum qui habitat in
Hebr. XIII. 9 nobis: * optimum est enim
Eccle. IX. 7 gratiâ stabilire cor. * Vade ergo
& comede in lætitia panem
tuum, & bibe cum gaudio vi-

num tuum: quia Deo placent
opera tua; * omni tempore sint 8
vestimenta tua candida. * Bea- Apoc. XVI. 15
tus, qui vigilat, & custodit ve-
stimenta sua, ne nudus ambu-
let, & videant turpitudinem
ejus.

Custodi innocentiam; * sta in Eccli. XI. 21
testamento tuo, & in illo col-
loquere, & in opere mandato-
rum tuorum veterasce. * Ne 22
manseris in operibus peccato-
rum. Confide autem in Deo,
& mane in loco tuo.

* Cognosce justitias & judi- XVII. 24
cia Dei, & sta in sorte propo-
sitionis & orationis altissimi
Dei. * In partes vade sæculi 25
sancti, cum vivis & dantibus
confessionem Deo.

Post peccatum pœnitentiam age.

TERTIUS USUS.

QUID *retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?*

* Peccasti? non adjicias ite- Eccli. XXI. 1
rum: sed & de pristinis depre-
care, ut tibi dimittantur.

* Surge qui dormis, & exur- Ephes. V. 14
ge à mortuis, & illuminabit te

Gal. III. 27 Christus : * quicumque enim
in Christo baptizati estis, Chri-
Rom. XIII. 11 stum induistis. * Hora est jam
nos de somno surgere ; nunc
enim proprior est nostra salus,
12 quàm cùm credidimus. * Nox
præcessit, dies autem appro-
pinquavit. Abjiciamus ergo
opera tenebrarum, & induamur
13 arma lucis. * Sicut in die hone-
stè ambulemus, non in com-
messationibus & ebrietatibus,
non in cubilibus & impudici-
tiis, non in contentione & æ-
14 mulatione :* sed induimini Do-
minum Jesum Christum, &
carnis curam ne feceritis in de-
1. Thess. IV. 5 sideriis ; * quoniam vindex est
7 Dominus de his omnibus ;* non
enim vocavit nos Deus in im-
munditiam, sed in sanctifica-
tionem.

Apoc. II. 5 * Memor esto itaque unde
excideris, & age pœnitentiam,
& prima opera fac.

QUARTUS USUS.

Promissa Baptismi adimple.

QUID *retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?*

* Cave ne quando oblivifca- Deut. IV. 23
ris pacti Domini Dei tui, quod
pepigit tecum. * Facies ficut XXIII. 23
promififti Domino Deo tuo.
* Celebra feftivitates tuas, & Nahum. I. 15
redde vota tua: quia non adjiciet
ultrà ut pertranfeat in te
Belial: univerfus interiit.

Eadem renova promiffa per fingulos annos.

QUINTUS USUS.

* ECCE folennitas Domini Judic. XXI. 19
eft anniverfaria.
* Dominum elegifti hodie, Deut. XXVI. 17
ut fit tibi Deus, & ambules
in viis ejus, & cuftodias ceremonias
illius, & mandata
atque judicia, & obedias ejus
imperio: * & Dominus elegit 18
te hodie, ut fis ei.
* Quid retribuam Domino Pf. CXV. 12
pro omnibus quæ retribuit mihi?
* Vota mea Domino reddam, 14
coram omni populo ejus.
* *O Domine, quia ego fervus* 16
tuus: ego fervus tuus, & filius
ancillæ tuæ. * Quoniam tu es Pf. XXI. 10
qui extraxifti me de ventre:
fpes mea ab uberibus matris
meæ. * In te projectus fum ex 11
utero; de ventre matris meæ

26 Deus meus es tu. * Apud te
laus mea in Ecclesia magna:
vota mea reddam in conspectu
31 timentium eum, * *& anima mea*
illi vivet.

O Domine ego servus tuus & Formula hujus renovationis.
1. Pet. IV. 16 *filius ancillæ tuæ.* * Christianus,
Mat. XXVII. 57 * Discipulus Jesu, * miles
II. Tim. II. 3 Christi, * servus Jesu Christi,
Rom. I. 1 *Juravi & statui* custodire judi-
Ps. CXVIII. 106 cia justitiæ tuæ.
Dan. XIV. 24 * Dominum Deum meum
adoro.
Ps. CXV. 10 * Credidi.
Ps. XXX. 2 * Speravi.
Ps. CXIV. 1 * Dilexi.
Eccli. XXV. 1 * In tribus placitum est spiri-
tui meo.
1. Thes. I. 9 *Juravi & statui* * servire Deo
10 vivo & vero, * & expectare
filium ejus de cælis (quem su-
scitavit ex mortuis) Jesum,
qui eripuit nos ab ira ventura.
Tim. V. 21 * Testor coram Deo, & Christo
Jesu & electis Angelis.
Matth. IV. 10 * *Vade satana*, * spiritus
Marc. V. 8 immunde. * Tu nosti servitu-
Gen. XXX. 26 tem quâ servivi tibi: * *Dimitte*
25 *me*, ut revertar in patriam &
Heb. XII. 22 ad terram meam, * ad Sion
montem, & civitatem Dei vi-

ventis, Jerusalem cælestem.
Dimitte me : * imperet tibi Do- Judæ. 9
minus, *& anima mea illi vivet.*
*Vade satana** in nomine Domi- III. Reg. XXII. 16
ni, * in nomine Patris, & Filii, Mat. XXVIII. 19
& Spiritus sancti. * Quid mihi Marc. V. 7
& tibi ? * Ego sum Christi : *&* I. Cor. I. 12
anima mea illi vivet.

* Ego non sum de mundo ; Joan. XVII. 14
* renuntiavit cor meum. * Mihi Eccle. II. 20
mundus crucifixus est, & ego Galat. VI. 14
mundo. * Omne quod est in mun- I. Joan. II. 16
do, concupiscentia carnis est, &
concupiscentia oculorum, &
superbia vitæ. * Hæc arbitra- Philip. III. 7
tus sum detrimenta : * verumta- 8
men existimo propter eminen-
tem scientiam Jesu Christi Do-
mini mei, propter quem omnia
detrimentum feci, & arbitror ut
stercora, ut Christum lucrifa-
ciam, * & inveniar in illo. 9
* Testis mihi est Deus, cui servio Rom. I. 9
in spiritu meo, in Evangelio fi-
lii ejus.

* Tu autem Domine, ne Ps. XXXIX. 12
longe facias miserationes tuas
à me. * Confirma hoc Deus, Ps. LXVII. 29
quod operatus es in nobis ;
* custodi animam meam quo- Ps. LXXXV. 2
niam sanctus sum ; salvum fac

servum tuum, Deus meus, sperantem in te. * In te Domine
Ps. xxx. 2 speravi non confundar in æternum; * scio enim cui credidi,
II. Tim. I. 12 & certus sum quia potens est depositum meum servare.





TRES MEDITATIONES DE SACERDOTIO.

PRIMA MEDITATIO.

De Sacerdotii dignitate.

I. PUNCTUM.

Christus instituit Sacerdotes.

In hac sacerdotii institutione, dignitas ejus petitur ex vocatione sublimi,

*  Os estis sal terræ : * vos estis lux mundi , * fratres mei , * amici mei , * piscatores hominum , * genus electum , regale Sacerdotium , gens sancta , populus acquisitionis : ut virtutes annuntietis ejus , qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. * Ego di-

Matth. v. 13.
14
Luc. viii. 21
Joan. xv. 14
Matth. iv. 19
1. Pet. ii. 9
Ps. lxxxi. 6

xi : Dii estis, & filii Excelsi
Joan.xv. 9 omnes. * Sicut dilexit me pater,
15 & ego dilexi vos : * vos dixi
amicos; quia omnia quæcum-
que audivi à patre meo, nota
Luc.viii. 10 feci vobis. * Vobis datum est
nosse mysterium regni Dei.
Joan.xv. 16 * Non vos me elegistis : sed
ego elegi vos, & posui vos ut
eatis, & fructum afferatis; &
Hebr.v. 4 fructus vester maneat. * Nec
quisquam sibi sumit honorem,
sed qui vocatur à Deo tanquam
Aaron.

Ex potestate docendi & baptizandi,

Math.xxviii. 18 * Data est mihi omnis pote-
19 stas in cælo & in terra. * Eun-
tes ergo docete omnes gentes,
baptizantes eos in nomine Pa-
tris, & Filii, & Spiritus san-
Marc.xvi. 15 cti. * Euntes in mundum uni-
versum, prædicate evangelium
16 omni creaturæ. * Qui credide-
rit & baptizatus fuerit, salvus
erit : qui vero non crediderit,
condemnabitur.

Tum remittendi retinendique peccata,

Joan.xx. 21 * Sicut misit me Pater, &
22 ego mitto vos. * Accipite Spi-
23 ritum sanctum. * Quorum re-
miseritis peccata, remittuntur
eis : & quorum retinueritis, re-
tenta sunt.

Ac præsertim sacrificandi corpus & sanguinem Christi,

* Caro mea verè est cibus, & VI. 56
sanguis meus verè est potus.
* Venite, comedite panem Prov. IX. 5
meum. * Accipite, & mandu- 1. Cor. XI. 24
cate; hoc est corpus meum
quod pro vobis tradetur: hoc
facite in meam commemora-
tionem. * Bibite vinum quod Prov. IX. 5
miscui vobis: * bibite ex hoc Matth. XXVI.
omnes; hic est enim sanguis 28
meus novi testamenti, qui pro
multis effundetur in remissio-
nem peccatorum. * Hoc facite 1. Cor. XI. 25
quotiescumque bibetis in meam
commemorationem; * quoties- 26
cumque enim manducabitis pa-
nem hunc, & calicem bibetis:
mortem Domini annuntiabitis
donec veniat.

Et ex ipsius divina persona, quam sustinent Sacerdotes in omnibus his functionibus.

* Luceat lux vestra coram ho- Matth. V. 16
minibus. * Estote loco meo. 1. Mac. XVI. 3
* Dii estis & filii Excelsi om- Ps. LXXXI. 6
nes. * Non vos estis qui lo- Matth. X. 20
quimini, sed Spiritus patris ve-
stri, qui loquitur in vobis.
* Dicite illis: Appropinquavit Luc. X. 9
in vos regnum Dei. * Pro Chri- II. Cor. V. 20
sto legatione fungimur, tan-
quam Deo exhortante per nos.
* Et ecce ego vobiscum sum Matth. XXVIII.
omnibus diebus, usque ad con- 20

x. 40 summationem sæculi. * Qui
recipit vos, me recipit: & qui
me recipit, recipit eum qui
Luc. x. 16 me misit. * Qui vos audit, me
audit: & qui vos spernit, me
spernit. Qui autem me spernit,
spernit eum qui misit me.

II. Punctum.

Sacerdos expendit humiliter tantam in se dignitatem.

Dan. III. 84 * BEnedicite Sacerdotes Do-
mini Domino: laudate
& superexaltate eum in sæcula,
Apoc. I. 5 * Qui dilexit nos & lavit nos
à peccatis nostris in sanguine
6 suo: * & fecit nos regnum &
Sacerdotes Deo & Patri suo:
ipsi gloria & imperium in sæ-
Dan. III. 85 cula sæculorum: Amen. * Be-
nedicite servi Domini Domi-
no: laudate & superexaltate
Matth. IX. 8 eum in sæcula, * qui dedit po-
Hebr. I. 5 testatem talem hominibus; * cui
enim dixit aliquando Angelo-
Matth. XVI. 19 rum? * Tibi dabo claves regni
cælorum, & quodcumque li-
gaveris super terram, erit liga-

Sacerdos invitat alios Sacerdotes & populum ad benedicendum Deo pro tanto beneficio,

quo præ Angelis afficitur homo:

tum & in cælis: & quodcumque solveris super terram, erit
solutum & in cælis. * Nonne Heb. I. 14
omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui capient hereditatem salutis? * Habemus altare, XIII. 10
de quo edere non habent potestatem.

unde seipsum & suspicit, * *Vide ministerium quod accepisti à Domino.* Col IV. 17

* Tu es Sacerdos. Ps. CX. 4

* Sacerdos Dei altissimi. Gen. XIV. 18

* Ex genere christorum sacerdotum. II. Mac. I. 10

* Angelus Domini exercituum. Mal. II. 7

* Homo Dei. I. Tim. VI. 11

* Protector salvationum Christi. Ps. XXVII. 8

* Assimilatus autem filio Dei, Heb. VII. 3
* & ejus quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator. I. Pet. V. 1

* Sic pulchra ante ipsum non Eccli. XLV. 15
fuere talia usque ad originem.

Vide ministerium, quod accepisti à Domino.

* A, a, a, Domine Deus: Jer. I. 6
& humiliat. ecce nescio loqui, quia puer
ego sum, * vir pollutus labiis, Isai. VI. 5
* nihil quidem habens dignum II. Mac. IV. 25

1. Reg. XVIII. 18 ſacerdotio. * Quis ego ſum, aut
quæ vita mea.


Vide miniſterium, quod ac-
Pſ. CXII. 5 *cepiſti à Domino.* * Quis ſicut
Dominus Deus noſter, qui in
6 altis habitat, * & humilia reſ-
7 picit in cælo & in terra? * Suſ-
citans à terra inopem, & de
8 ſtercore erigens pauperem, * ut
collocet eum cum principibus,
cum principibus populi ſui.

Eccli. XLV. 19 * Factum eſt illi teſtamentum
æternum, fungi ſacerdotio, &
habere laudem, & glorificare
populum ſuum in nomine ejus.
20 * Ipſum elegit ab omni vivente
offerre ſacrificium Deo, incen-
ſum, & bonum odorem, in
memoriam placare pro populo
21 ſuo: * & dedit illi in præceptis
ſuis poteſtatem, in teſtamentis
judiciorum, docere Jacob te-
ſtimonia, & in lege ſua lucem
dare Iſraël.

1. Par. XVII. 16 * Quis ego ſum, Domine
Deus, ut præſtares mihi talia?

IV. Reg. VIII. 13 * Quid enim ſum, ut faciam
rem iſtam magnam?





II. MEDITATIO.

De diſciplinæ Sacerdotalis legibus :

I. PUNCTUM.

Chriſtus docet Sacerdotes.

Prima lex, fuga mundi.

Fuga ſæculi complectitur.

* AUdite hoc Sacerdotes. Oſee.v. 1
* Ego non ſum de mun- Joan.xvii. 14
do. * De mundo non eſtis : ſed xv. 19
ego elegi vos de mundo : * pro- ii.Cor.vi. 17
pter quod exite de medio eo-
rum , & ſeparamini ; * rece- Iſai.lii 11
dite , recedite , exite inde : pol-
lutum nolite tangere : munda-
mini qui fertis vaſa Domini :
* nolite contaminare animas Lev.xi. 45
veſtras, ne immundi ſitis ; * ego 44
enim ſum Dominus Deus ve-
ſter ; ſancti eſtote : quoniam
ego ſanctus ſum ; * ut ſciat 1.Theſ.iv. 4
unuſquiſque veſtrûm , vas ſuum
poſſidere in ſanctificatione &
honore. * O quàm pulchra eſt Sap.iv. 1
caſta generatio cum claritate ;
* in perpetuum coronata trium- 2

Contemptum voluptatum,

phat incoinquinatorum certa-
minum præmium vincens.
Marc. XII. 38 * Cavete à ſcribis qui volunt honorum,
in ſtolis ambulare, & ſalutari
39 in foro, * & in primis cathe-
dris ſedere in ſynagogis, &
primos diſcubitus in cœnis:
X. 42 * quia hi qui videntur principari
gentibus, dominantur eis: &
principes eorum poteſtatem ha-
43 bent ipſorum; * non ita autem
eſt in vobis: ſed quicumque vo-
luerit fieri major, erit veſter
44 miniſter: * & quicumque volue-
rit in vobis primus eſſe, erit
45 omnium ſervus; * nam & fi-
lius hominis non venit ut mi-
niſtraretur ei, ſed ut miniſtra-
ret.
Luc. XII. 16 * Videte, & cavete ab om- & divitiarum.
Joan. II. 16 ni avaritia; * nolite facere do-
mum patris mei, domum ne-
Matth. X. 8 gotiationis; * gratis accepiſtis,
Heb. XII. 16 gratis date; * ne quis profanus
ut Eſaü, qui propter unam eſ-
cam vendidit primitiva ſua.
I. Pet. V. 2 * Paſcite qui in vobis eſt gre-
gem Dei, providentes non
coactè, ſed ſpontaneè ſecun-
dùm Deum: neque turpis lucri
3 gratia, ſed voluntariè: * neque

ut dominantes in Cleris, ſed
forma facti gregis ex animo;
* & cùm apparuerit princeps 4
paſtorum, percipietis immar-
ceſcibilem gloriæ coronam.

II. Punctum.

Secunda lex, unio cum Chriſto.

Ex unione cum Christo oriuntur.

* VIri ſancti eritis mihi: Exod.XXII.31
* oleum quippe ſanctæ Lev. X. 7
unctionis eſt ſuper vos; * eri- XX. 26
tis mihi ſancti, quia ſanctus
ſum ego Dominus: & ſeparavi
vos à populis, ut eſſetis mihi.
* Cuſtodite ſacerdotium ve- Num. XVIII.
ſtrum. 7

* Ego ſum vitis vera: & pa- Joan.XV. 1
ter meus agricola eſt; * om- 2
nem palmitem in me non fe-
rentem fructum, tollet eum: &
omnem qui fert fructum, pur-
gabit eum, ut fructum plus af-
ferat. * Manete in me, & ego 4
in vobis; ſicut palmes non po-
teſt ferre fructum à ſemetipſo,
niſi manſerit in vite; ſic nec
vos, niſi in me manſeritis.
* Ego ſum vitis, vos palmites: 5

Fiducia in Deum,

Diffidentia ſui, ſpes multi fructus,

qui manet in me, & ego in
eo, hic fert fructum multum:
quia ſine me nihil poteſtis fa-
6 cere. * Si quis in me non man- humilitas,
ſerit, mittetur foras ſicut pal-
mes, & areſcet, & colligent
eum, & in ignem mittent, &
ardet.
8 * In hoc clarificatus eſt pa-
ter meus, ut fructum plurimum
afferatis, & efficiamini mei
9 diſcipuli. * Sicut dilexit me pa-
ter, & ego dilexi vos; manete
10 in dilectione mea. * Si præcepta & Amor Dei.
mea ſervaveritis, manebitis in
dilectione mea, ſicut & ego
Patris mei præcepta ſervavi, &
16 maneo in ejus dilectione. * Ut
quodcumque petieritis patrem
in nomine meo, det vobis.
Matth. XVIII. 19 * Iterum dico vobis, quia ſi vis orationis.
duo ex vobis conſenſerint ſu-
per terram, de omni re quam-
cumque petierint, fiet illis à pa-
20 tre meo, qui in cælis eſt; * ubi
enim ſunt duo vel tres congre-
gati in nomine meo, ibi ſum
Joan. XVI. 26 in medio eorum. * Et non dico
vobis, quia ego rogabo patrem
27 de vobis: * ipſe enim pater
amat vos, quia vos me ama-

ſtis, & credidiſtis quia ego à Deo exivi.

III. PUNCTUM.

Ad vitam Apoſtolicam, hæc ſunt imprimis neceſſaria,

Tertia lex, vita Apoſtolica.

* IGnem veni mittere in terram; & quid volo niſi ut accendatur? Luc. XII. 49
* Euntes in mundum univerſum prædicate evangelium omni creaturæ. Marc. XVI. 15

Zelus animarum,

* Ite igitur & ſuccendite eum igni. II. Reg. XIV. 30
* Quoſcumque inveneritis vocate ad nuptias; Matth. XXII. 9
* ut impleatur domus mea. Luc. XIV. 23
Quoniam vos eſtis presbiteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda eorum erigite, Judith. VIII. 21
* ne & illi moriantur, & vos pereatis. Num. XVIII 3
* Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum qui in cælis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis. Matth. XVIII. 14
*Voſmetipſos in dilectione Dei ſervate; Judæ. 21
* illos vero ſalvate, de igne rapientes. 23

ſcientia,

* Numquid poteſt cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foveam cadent? Luc. VI. 39
* Vos eſtis lux mundi: Matth. V. 14 Leu. X. 10

Lev. x. 10 mundi ; * habeatis ſcientiam
diſcernendi inter ſanctum &
profanum , inter pollutum &
mundum : * doceatiſque filios
Iſraël omnia legitima mea :
1. Pet. III. 15 * parati ſemper ad ſatisfactio-
nem omni poſcenti vos ratio-
nem de ea quæ eſt in vobis ſpe ,
16 * ſed cum modeſtia. * Labia Sa-
Mal. II. 7 cerdotis cuſtodient ſcientiam ,
& legem requirent ex ore ejus :
quia Angelus Domini exerci-
tuum eſt.

Matth. x. 16 * Ecce ego mitto vos , ſicut audax & patiens libertas ſpiritûs ,
oves in medio luporum. Eſtote
ergo prudentes ſicut ſerpentes ,
& ſimplices ſicut columbæ.
17 * Cavete autem ab hominibus :
22 * eritis odio omnibus propter
Joan. xv. 18 nomen meum. * Si mundus vos
odit , ſcitote quia me priorem
Matth. x. 26 odio habuit. * Ne ergo timue-
27 ritis eos. * Quod dico vobis in
tenebris , dicite in lumine : &
quod in aure auditis , prædi-
28 cate ſuper tecta ; * & nolite ti-
mere eos qui occidunt corpus ,
animam autem non poſſunt oc-
cidere.

Joan. XII. 26 * Si quis mihi miniſtrat , me Mortificatio.
ſequatur ; & ubi ego ſum , illic

& miniſter meus erit. * Qui Matth.x. 38
non accipit crucem ſuam, & ſe-
quitur me, non eſt me dignus.
* Si quis venit ad me, & non Luc. XIV. 26
odit patrem ſuum, & matrem,
& fratres, & ſorores, adhuc
autem & animam ſuam, non
poteſt meus eſſe diſcipulus. * Et 27
qui non bajulat crucem ſuam,
& venit poſt me, non poteſt
meus eſſe diſcipulus. * Amen, Joan.XII. 24
amen dico vobis; niſi granum
frumenti cadens in terram,
mortuum fuerit, * ipſum ſolum 25
manet; ſi autem mortuum fue-
rit, multum fructum affert.



III. MEDITATIO.

De Sacerdotii profanatione.

I. PUNCTUM.

Chriſtus increpat prævaricatores Sacerdotes.

* *AUdivi poſt me vocem* Apoc.I. 10
magnam tanquam tu-
*bæ * dicentis: quod vides ſcri-* 11
be.

II. 1 * Angelo Ecclesiæ . . . . . .
2 scribe. * Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam,
& quia non potes sustinere ma-
3 los : * & non defecisti : * sed
4 habeo adversùm te, quòd charitatem tuam primam reliqui-
5 sti : * memor esto itaque unde
excideris, & age pœnitentiam,
& prima opera fac : sin autem
venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi
pœnitentiam egeris.

Christus increpat Sacerdotem salutis aliorum cupidum & suæ immemorem.

12 * Et Angelo Ecclesiæ . . . .
13 * Tenes nomen meum, & non
14 negasti fidem meam. * Sed habeo adversùs te pauca : quia
habes illic tenentes doctrinam
15 Balaam, * doctrinam Nicolai-
16 tarum. * Pœnitentiam age : si
quo minùs veniam tibi citò,
& pugnabo cum illis in gladio
oris mei.

Sacerdotem amicum novatorum & hæreticorum.

18 * Et Angelo . . . * Novi ope-
19 ra tua, & fidem, & charita-
20 tem tuam. * Sed habeo adversùs te pauca : quia permittis
mulierem Jezabel, quæ se dicit propheten, docere, & seducere servos meos.

Sacerdotem malè cautum in dirigendis mulieribus.

III. 1 * Et Angelo Ecclesiæ . . . .

Sacerdotem vitiosum &

hypocritam, Scio opera tua, quia nomen
habes quòd vivas, & mortuus
es. * Eſto vigilans, & confirma 2
cætera quæ moritura erant; non
enim invenio opera tua plena
coram Deo meo. * In mente 3
ergo habe qualiter acceperis, &
audieris, & ſerva, & pœni-
tentiam age. Si ergo non vigi-
laveris, veniam ad te tanquam
fur, & neſcies quâ horâ veniam
ad te.

Sacerdotem modicæ virtutis; * Et Angelo Eccleſiæ 7
* Quia modicam habes virtu- 8
tem, & ſervaſti verbum meum,
& non negaſti nomen meum,
* ego ſervabo te ab hora tenta- 10
tionis. * Ecce venio citò : tene 11
quod habes, ut nemo accipiat
coronam tuam.

Sacerdotem tepidum & erroneæ conſcientiæ, * Et Angelo Eccleſiæ 14
* Scio opera tua : quia neque 15
frigidus es, neque calidus : uti-
nam frigidus eſſes, aut calidus:
* ſed quia tepidus es, & nec 16
frigidus, nec calidus, incipiam
te evomere, ex ore meo. * Quia 17
dicis, quòd dives ſum, & lo-
cupletatus, & nullius egeo : &
neſcis quia tu es miſer, & mi-
ſerabilis, & pauper, & cæcus,

18 & nudus. * Suadeo tibi emere
à me aurum ignitum proba-
tum, ut locuples fias, & vesti-
mentis albis induaris, & non
appareat confusio nuditatis tuæ:
& collyrio inunge oculos tuos
19 ut videas. * Ego quos amo,
arguo, & castigo. Æmulare
ergo, & pœnitentiam age.
Ps. XLIX. 16 * Quare tu enarras justitias Sacerdotem
meas, & assumis testamentum Legis Divinæ
17 meum per os tuum? * Tu vero reum, & præ-
odisti disciplinam: & proje- conem,
cisti sermones meos retrorsum.
18 * Si videbas furem currebas
cum eo, & cum adulteris por-
19 tionem tuam ponebas. * Os
tuum abundavit malitiâ: &
lingua tua concinnabat dolos.
20 * Sedens adversùs fratrem tuum
loquebaris, & adversùs filium
matris tuæ ponebas scandalum.
21 * Hæc fecisti & tacui. Existi-
masti iniquè, quod ero tui si-
milis: arguam te & statuam
22 contra faciem tuam. * Intelligi-
te hæc qui obliviscimini Deum:
ne quando rapiat, & non sit qui
23 eripiat. * Sacrificium laudis
honorificabit me: & illic iter,
quo ostendam illi salutare Dei.

Sacerdotes omnes simul prævaricatores.

* Si nolueritis audire, & si Mal. II. 2
nolueritis ponere super cor ut
detis gloriam nomini meo,
mittam in vos egestatem, &
maledicam benedictionibus ve-
stris, & maledicam illis: quo-
niam non posuistis super cor.
* Ecce ego projiciam vobis bra- 3
chium, & dispergam super
vultum vestrum stercus solen-
nitatum vestrarum. * Et scietis 4
quia misi ad vos mandatum
istud, ut esset pactum meum
cum Levi. * Pactum meum fuit 5
cum eo vitæ & pacis: & dedi
ei timorem, & timuit me, &
à facie nominis mei pavebat.
* Lex veritatis fuit in ore ejus, 6
& iniquitas non est inventa in
labiis ejus: in pace & in æqui-
tate ambulavit mecum, &
multos avertit ab iniquitate.
* Labia enim Sacerdotis custo- 7
dient scientiam, & legem re-
quirent ex ore ejus: quia An-
gelus Domini exercituum est.
* Vos autem recessistis de via, 8
& scandalisastis plurimos in
lege: irritum fecistis pactum.
* Propter quod & ego dedi vos 9
contemptibiles, & humiles om-

nibus populis, sicut non servastis vias meas.

II. Punctum.

Prævaricator Sacerdos miserum vitæ suæ statum expendit.

Thr. III. 1 * EGo vir videns paupertatem meam, * nihil quidem habens dignum sacerdo- 11. Mac. IV. 25
tio, * homo apostata, vir inu- Prov. VI. 12
tilis, * diligens hoc sæculum, II. Tim. IV. 9
* reversus ad vomitum, * reus II. Pet. II. 22 / I. Cor. XI. 27
corporis & sanguinis Domini.
* Pene fui in omni malo, in Prov. V. 14
medio Ecclesiæ.

Sacerdos se ipsum in multis reum agnoscit & accusat coram Deo.

* Inveterate dierum malo- Dan. XIII. 52
rum, * cur tentavit satanas cor Actor. V. 3
tuum mentiri te Spiritui san-
cto, * violare sancta, & pol- Judith. IX. 11
luere tabernaculum? * Semen Dan. XIII. 56
Chanaan, & non Juda, species decepit te, & concupiscen-
tia subvertit cor tuum. * *Bla-* II. Reg. XII. 14
sphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc.

* Ecce homo, qui non posuit Ps. LI. 9
Deum adjutorem suum; sed speravit in multitudine divitia-

rum suarum : & prævaluit in
vanitate sua : * multiplicavit al- Osee.VIII. 11
taria ad peccandum : factæ sunt
ei aræ in delictum. * Pecunia Act.VIII. 20
tua sit in perditionem, quoniam
donum Dei existimasti pecuniâ
possideri : *Blasphemare fecisti
inimicos Domini propter verbum
hoc.*

Obstupescit præ pudore, comparans præsentem statum cum statu præterito.

* Quomodo obscuratum est Thr.IV. 1
aurum, mutatus est color op-
timus ? * Filii Sion incliti, & 2
amicti auro primo, quomodo
reputati sunt in vasa testea ?
* Qui vescebantur voluptuosè, 5
interierunt in viis : qui nutrie-
bantur in croceis, amplexati
sunt stercora. * Candidiores 7
Nazaræi ejus nive, nitidiores
lacte, rubicundiores ebore an-
tiquo, sapphiro pulchriores.
* Denigrata est super carbones 8
facies eorum.

* Hæc est sors tua. Isai.LVII. 6

* *Quomodo cecidisti de cælo* XIV. 12
Lucifer, qui manè oriebaris ?
corruisti in terram, * *qui dice-* 13
bas in corde tuo : in cælum
conscendam, super astra Dei
exaltabo solium meum, sedebo
in monte testamenti, * similis 14

15 ero Altiſſimo, *dicebas.** Verum-
tamen ad infernum detrahêris,
16 in profundum laci; * qui te
viderint, ad te inclinabuntur,
téque proſpicient : numquid iſte
10 eſt vir ? * Et tu vulneratus es
ſicut & nos, noſtri ſimilis effe-
XXIV. 2 ctus es. * Sicut populus, ſic Sa-
cerdos.

Ezec. XXVIII. 12 *Quomodo cecidiſti?* * Tu ſi-
gnaculum ſimilitudinis, plenus
ſapientiâ, & perfectus decore,
13 * in deliciis paradiſi fuiſti : om-
nis lapis pretioſus operimen-
14 tum tuum; * tu Cherub ex-
15 tentus, & protegens, * perfe-
ctus in viis tuis à die conditio-
nis tuæ, donec inventa eſt ini-
17 quitas in te: * perdidiſti ſapien-
18 tiam tuam in decore tuo : * in
multitudine iniquitatum tua-
rum polluiſti ſanctificationem
Eccli. XLVII. 22 tuam; * dediſti maculam in
gloria tua.

Job. IV. 3 *Quomodo cecidiſti?* * Ecce do-
cuiſti multos, & manus laſſas
4 roboraſti : * vacillantes confir-
maverunt ſermones tui, & ge-
nua trementia confortaſti :
5 * Nunc autem * ubi eſt timor
6 tuus, fortitudo tua, patientia

tua, & perfectio viarum tuarum?

Cogitat de conversione ;

* Destitutæ sunt tantæ divitiæ. Apoc. XVIII. 17

* O plene omni dolo & omni fallaciâ: fili diaboli: inimice omnis justitiæ. Usquequo non desinis pervertere vias Domini rectas? * Numquid qui cadit, non resurget? & qui aversus est, non revertetur? Act. XIII. 10; Jer. VIII. 4

sed ab omni parte sentit & timet ejus difficultatem maximam ;

* Vigilavit jugum iniquitatum mearum: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere. * Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator, convertens animam meam. * Repulsa est à pace anima mea: * abominabilis ei fit in vita sua panis, cibus antè desiderabilis. Thr. I. 14; 16; III. 17; Job. XXXIII. 20

* Dixi: Periit finis meus, & spes mea à Domino. * Impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, * gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutésque sæ- Thr. III. 18; Heb. VI. 4; 5

6 culi venturi, * & prolapsi sunt,
rursus renovari ad pœnitentiam,
rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes.

x. 26 * Voluntariè enim peccantibus post acceptam notitiam veritatis, *jam non relinquitur pro*
Lev. x. 19 *peccatis hostia.* * Quomodo
Matth. xxvii. 4 potui comedere eam? * Peccavi
tradens sanguinem justum,
I. Cor. xi. 27 * reus corporis & sanguinis
iv. Reg. vi. 10 Domini: * non semel, neque
Matth. xviii. 22 bis: * non dico usque septies,
sed usque septuagesies septies.
Jam non relinquitur pro peccatis hostia.

Osee. xii. 6 * Spera in Deo tuo semper.
Matth. xviii. 27 * Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

Se tamen excitat ad fiduciam in divinam misericordiam.

Heb. iv. 14 * Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cælos, Jesum filium Dei, tenea-
15 mus confessionem; * non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque
16 peccato. * Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut

misericordiam consequamur ; & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Pœnitentis Sacerdotis oratio, ad Jesum Sacerdotem magnum.

* *AUdi, Jesu Sacerdos magne*, * Princeps Pastorum, * Sacerdos in æternum, * cujus factus sum minister secundùm donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundùm operationem virtutis ejus. Zach. III. 8 I. Pet. V. 4 Ps. CIX. 4 Eph. III. 7

Audi, Jesu Sacerdos magne, * semper vivens ad interpellandum pro nobis. *Audi :* * Domine, miserere mei. Heb. VII. 25 Ps. LXXXV. 16

* *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* * Peccavi tradens sanguinem justum, * reus corporis & sanguinis Domini. Ps. XL. 5 Matth. XXVII. 4 II Cor. XI. 27

Sana animam meam. * *Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum : sed tantùm dic verbo, & sanabitur.* Matth. VIII. 8

Tantùm dic verbo. * Loquere, Domine, quia audit servus I. Reg. III. 9

Ps. xxxiv. 3 tuus. * Dic animæ meæ : Salus
tua ego ſum : *& ſanabitur.*

Eccli. xlv. 20 *Domine non ſum dignus* * of-
ferre ſacrificium Deo, incen-
ſum, & bonum odorem, in
memoriam placare pro populo.

Matth. ix. 2 *Sed tantùm dic verbo* : * Fili, re-
mittuntur tibi peccata tua.

Luc. xv. 19 * Jam non ſum dignus vo-
cari filius tuus ; fac me ſicut
Ps. xxv. 9 unum de mercenariis tuis. * Ne
perdas cum impiis, Deus, ani-
mam meam, & cum viris ſan-
Ps. lxxxv. 2 guinum vitam meam : * cuſtodi
animam meam, quoniam ſan-
ctus ſum.

Ps. xlii. 1 * Judica me, Deus, & diſ-
cerne cauſam meam de gente
non ſancta, ab homine iniquo
2 & doloſo erue me ; * quia tu
es Deus fortitudo mea : quare
me repuliſti ? & quare triſtis in-
cedo, dum affligit me inimi-
3 cus ? * *Emitte lucem tuam &*
veritatem tuam : ipſa me dedu-
xerunt, & adduxerunt in mon-
tem ſanctum tuum, & in ta-
4 bernacula tua. *Emitte*, * & in-
troibo ad altare Dei, ad Deum,
qui lætificat juventutem meam.


Confitebor tibi in cithara

Deus Deus meus : * quare tri- 5
ſtis es anima mea , & quare
conturbas me ? Spera in Deo
quoniam adhuc confitebor illi :
ſalutare vultus mei & Deus
meus.

* Domine, quando reſpicies ? Pſ. xxxiv. 17
reſtitue animam meam. * Con- 18
fitebor tibi in Eccleſia magna ,
in populo gravi laudabo te ;
* narrabo nomen tuum fratri- Pſ. xxi, 23
bus meis , in medio Eccleſiæ
laudabo te. * Docebo iniquos Pſ. l. 15
vias tuas , & impii ad te con-
vertentur. * Quamdiu quidem Rom. xi. 13
ego ſum , miniſterium meum
honorificabo. * Ego libentiſſi- II. Cor. xii 15
mè impendam & ſuperimpen-
dar ipſe pro animabus.

* Fiat, fiat. Pſ. lxxxviii. 53

* Fidelis ſermo & omni ac- I. Tim. I. 15
ceptione dignus ; quòd Chri-
ſtus Jeſus venit in hunc mun-
dum peccatores ſalvos facere,
quorum primus ego ſum.





TRES MEDITATIONES DE RELIGIOSO STATU.

PRIMA MEDITATIO.

De felicitate Religiosæ solitudinis.

PRIMUM PUNCTUM.

Exulant ab ea omnia mala mundi.

Isai. xxxv. 1 *  ÆTABITUR deserta & invia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. — Religiosus considerat felicem hanc solitudinem,

2 * Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Gloria Libani data est ei: decor Carmeli & Saron; ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. — à qua Deus removet sterilitatem animæ,

ariditatem cordis,

* Sciſſæ ſunt in deſerto aquæ, 6
& torrentes in ſolitudine : * & 7
quæ erat arida, erit in ſtagnum,
& ſitiens in fontes aquarum.

perturbationem cupiditatum,

In cubilibus in quibus priùs
dracones habitabant, orietur
viror calami & junci.

malorum hominum conſortium,

* Et erit ibi ſemita & via, 8
& via ſancta vocabitur : non
tranſibit per eam pollutus, &
hæc erit vobis directa via : ita
ut ſtulti non errent per eam.

Dæmonum tentationem,

* Non erit ibi leo, & mala 9
beſtia non aſcendet per eam,
nec invenietur ibi : & ambulabunt qui liberati fuerint.

triſtitiam & dolorem,

* Et redempti à Domino con- 10
vertentur, & venient in Sion
cum laude : & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum ; gaudium & lætitiam obtinebunt,
& fugiet dolor & gemitus.

terrenarum rerum cupiditatem,

* Non eſurient, neque ſi- XLIX. 10
tient ; & non percutiet eos æſtus
& ſol : quia miſerator eorum
reget eos, & ad fontes aquarum
potabit eos.

peccatum,

* Exulta & lauda habitatio XII. 6
Sion : * non audietur ultra ini- LX. 18
quitas in terra tua, vaſtitas &
contritio in terminis tuis, &

occupabit ſalus muros tuos; & portas tuas laudatio.

19 * Non erit tibi ampliùs ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in
2 gloriam tuam. * Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur.

errores & tenebras mundi,

XL. 4 * Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas.

omnem ſalutis difficultatem;

Matth. XIX. 11 * Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

Pſ. IV. 6 * Multi dicunt: * Quis dabit
Jer. IX. 2 me in ſolitudine diverſorium viatorum; & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri ſunt, cœtus prævaricatorum.

Immunitatem vero tot malorum ſibi gratulatur religioſus perfectus.

2 * Beatus vir qui facit hæc, & filius hominis, qui apprehendit iſtud.

Pſ. LIV. 8 * Ecce elongavi fugiens: & manſi in ſolitudine.

Pſ. LXIV. 2 * Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur ve-

tum. * Beatus quem elegiſti & 5
aſſumpſiſti.

II. PUNCTUM.

Religioſa ſolitudo omnia vera bona continet.

* LAuda ſterilis quæ non pa- Iſai. LIV. 1
ris: decanta laudem, di-
cit Dominus.

Solitudinis hujus felicis frequentatio,

* Leva in circuitu oculos XLIX. 18
tuos, & vide: omnes iſti con-
gregati ſunt, venerunt tibi:
omnibus his velut ornamento
veſtieris, & circumdabis tibi
eos, quaſi ſponſa: * quia deſer- 19
ta tua, & ſolitudines tuæ, &
terra ruinæ tuæ nunc anguſta
erunt præ habitatoribus, &
longè fugabuntur qui abſorbe-
bant te. * Adhuc dicent in au- 20
ribus tuis, filiis ſterilitatis tuæ:
anguſtus eſt mihi locus, fac
ſpatium mihi ut habitem.

* Et dices in corde tuo: quis 21
genuit mihi iſtos? Ego ſterilis
& non pariens, tranſmigrata
& captiva: & iſtos quis enu-
trivit? Ego deſtituta & ſola: &
iſti ubi erant;

22 * Hæc dicit Dominus Deus : Ecce levabo ad gentes manum meam , & ad populos exaltabo signum meum : & afferent filios tuos in ulnis , & filias tuas su-
23 per humeros portabunt. * Et erunt Reges nutritii tui , & Reginæ nutrices tuæ : vultu in terram demisso adorabunt te. Et scies quia ego Dominus , super quo non confundentur qui expectant eum.

& abundantia ;

Luc. XVIII. 29 * Amen dico vobis , nemo est qui reliquit domum , aut parentes , aut fratres , aut uxorem , aut filios propter regnum
30 Dei , * & non recipiat multò plura in hoc tempore , & in sæculo venturo, vitam æternam.

Sic olim Deo promittente , præsertim pro spiritualibus bonis ,

Lev. XXVI. 12 * Ambulabo inter vos , & ero Deus vester , vosque eritis
13 populus meus : * ego Dominus Deus vester , qui eduxi vos de terra Ægyptiorum , ne serviretis eis , & qui confregi catenas cervicum vestrarum , ut incederetis erecti.

II. Cor. VI. 18 * Ero vobis in patrem , & vos eritis mihi in filios & fi-
Isai. LXVI. 10 lias. * Lætamini cum Jerusalem , & exultate in ea omnes

Etiam usque ad delicatissimam consolationem.

qui diligitis eam : * ut sugatis, 11
& repleamini ab ubere conso-
lationis ejus : ut mulgeatis, &
deliciis affluatis ab omnimoda
gloria ejus ; * quia ecce : Ego 12
declinabo super eam quasi flu-
vium pacis, & quasi torren-
tem inundantem gloriam gen-
tium, quam sugetis ? ad ubera
portabimini, & super genua
blandientur vobis. * Quomodo 13
si cui mater blandiatur, ita ego
consolabor vos, & in Jerusa-
lem consolabimini. * Videbitis, 14
& gaudebit cor vestrum : & co-
gnoscetur manus Domini servis
ejus, & indignabitur inimicis
suis.

III. PUNCTUM.

Religiosa solitudo, tota occupatur in sanctis exercitiis.

Omnis occupatio status Religiosi refertur ad gloriam Dei.

* LAuda sterilis quæ non pa- Isai. LIV. 1
ris; decanta laudem, dicit
Dominus.

* Populus tuus omnes justi, LX. 21
in perpetuum hereditabunt ter-
ram, germen plantationis meæ

opus manus meæ ad glorificandum.

LI. 3 * Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio — Habetur hic divinarum laudum celebratio,
XLIV. 23 & vox laudis. * Resonate montes laudationem, saltus, & omne lignum ejus.

LVI. 7 * Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. — Oratio,

Matth. XXII. 30 * Neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut Angeli — Castitatis vita angelica,
II. Cor. VI. 10 Dei in cælo; * tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, — Paupertatis, patientiæ, obedientiæ, & charitatis
Eccli. III. 1 * & natio illorum obedientia & dilectio. — felicia officia,

Ps. LXXXIII. 8 * Ibunt de virtute in virtutem, — Omnium virtutum studiū,
II. Cor. III. 18 * à claritate in claritatem:
Col. I. 10 * Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia
11 Dei: * in omni virtute confortati secundùm potentiam claritatis ejus in omni patientia & longanimitate cum gaudio.

Isai. LX. 17 * Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos justitiam. — Ordo & pax sub regno justitiæ,
LI. 7 * Lex mea in corde eorum.
XXXII. 16 * Habitabit in solitudine
17 judicium & justitia sedebit; * & erit opus justitiæ pax, & cul-

tus juſtitiæ ſilentium, & ſecu-
ritas uſque in ſempiternum:
* [& ſedebit populus meus in 18
pulchritudine pacis, & in ta-
bernaculis fiduciæ, & in re-
quie opulenta.

Perpetuum & admirabile cum Deo cõmercium,

* Et ſcient quia ego Domi- Ezech. XXXIV.
nus Deus eorum cum eis, & 30
ipſi populus meus ;* ipſe voca- Zach. XIII. 9
bit nomen meum, & ego exau-
diam eum. *Dicam: Populus
meus es; & ipſe dicet: Domi-
nus Deus meus.*

Quod explicatur per colloquium Dei & animæ religioſæ.

Dicam: * Vacate & videte Pſ. XLV. 11
quoniam ego ſum Deus, * bea- 1. Tim. VI. 15
tus & ſolus potens: * in me Eccli. XXIV. 25
gratia omnis viæ & veritatis, in
me omnis ſpes vitæ & virtutis,
* & deliciæ meæ eſſe cum filiis Prov. VIII. 31
hominum.

Et ipſe dicet: * Quàm bo- Pſ. LXXII. 1
nus Iſraël Deus his, qui recto
ſunt corde? * Mihi autem ad- 28
hærere Deo bonum eſt; * non Sap. VIII. 16
enim habet amaritudinem con-
verſatio illius, nec tædium con-
victus illius, ſed & lætitiam
& gaudium.

Dicam: * Guſtate & videte Pſ. XXXIII. 9
quoniam ſuavis eſt Dominus.

Et ipſe dicet: * O quàm bo- Sap. XII. 1

nus & ſuavis eſt , Domine, ſpiritus tuus in omnibus !

Dicam : Populus meus es.
Deut. xxxiii. 29 * Beatus es tu Iſraël : quis ſimilis tui popule , qui ſalvaris in Domino ? ſcutum auxilii tui & gladius gloriæ tuæ : negabunt te inimici tui , & tu eorum colla calcabis.

Et ipſe dicet : Dominus Deus
Exod. xv. 11 *meus.* * Quis ſimilis tui in fortibus Domine ? quis ſimilis tui , magnificus in ſanctitate , terribilis atque laudabilis , fa-
13 ciens mirabilia ? * Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti , & portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum ſanctum tuum.

Pſ. lxxxiii. 2 * Quàm dilecta tabernacula
3 tua , Domine virtutum ? * concupiſcit , & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum
5 vivum. * Beati qui habitant
11 in domo tua , Domine ; * quia melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia.





II. MEDITATIO.

De legibus Religiosæ solitudinis.

I. PUNCTUM.

Prima lex,

Fuga sæculi, ejusque commercii totius.

Perfectus Religiosus est, is qui nec sæculi sordibus inquinatur,

* RELIGIO munda & immaculata apud Deum & Jac. 1. 27
Patrem hæc est: immaculatum
se custodire ab hoc sæculo; * si II. Pet. II. 20
enim refugientes, coinquinationes mundi, in cognitione
Domini nostri, & salvatoris
Jesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis
posteriora deteriora prioribus;
* melius enim erat illis non 21
cognoscere viam justitiæ, quàm
post agnitionem retrorsum con.
verti ab eo, quod illis traditum
est sancto mandato; * contigit 22
enim eis illud veri proverbii:
Canis reversus ad suum vomitum; & sus lota in volutabro luti.

* Dicit

Jer. II. 12 * Dicit Dominus : * Et nunc
18 quid tibi vis in via Ægypti, ut
bibas aquam turbidam ? Et
quid tibi cum via Assyriorum,
Joan. IV. 13 ut bibas aquam fluminis?* Omnis
nis qui bibit ex aqua hac, sitiet
tiet iterum : qui autem biberit
ex aqua, quam ego dabo ei,
14 non sitiet in æternum : * sed
aqua, quam ego dabo ei, fiet
in eo fons aquæ salientis in vitam
tam æternam.

2. Tim. II. 3 * Labora sicut bonus miles
4 Christi Jesu. * Nemo militans
Deo, implicat se negotiis sæcularibus
laribus : ut ei placeat, cui se
5 probavit. * Nam & qui certat
in agone, non coronatur, nisi
Gal. I. 10 legitimè certaverit. * Modò
enim hominibus suadeo, an
Deo ? An quæro hominibus
placere ? si adhuc hominibus
placerem, Christi servus non
essem.

Nec ejus negotiis temporalibus implicatur;

Gen. XIX. 17 * Salva animam tuam : noli
respicere post tergum tuum, nec
stes in omni circà regione, sed
in monte salvum te fac, ne &
Luc. IX. 62 tu simul pereas. * Nemo mittens
tens manum suam ad aratrum,
& respiciens retro aptus est re-

gno Dei. * Mihi mundus cru- Gal. VI. 14
cifixus eſt , & ego mundo.
* Sine ut mortui ſepeliant mor- Luc. IX. 60
tuos ſuos ; tu autem vade , *&*
annuntia regnum Dei.

Nec etiam ſpiritualia , niſi cum magna cautela tractat.

Annuntia regnum Dei ; * Re- Eccli. XXIX. 27
cupera proximum ſecundùm
virtutem tuam , & attende tibi
ne incidas,* & ſit caſus tuus in- XXVIII. 30
ſanabilis in mortem. * Quid Matth. XVI. 26
enim prodeſt homini , ſi mun-
dum univerſum lucretur , ani-
mæ verò ſuæ detrimentum pa-
tiatur ? Aut quam dabit homo
commutationem pro anima ſua?
* Miſerere animæ tuæ pla- Eccli. XXX. 24
cens Deo , & contine : congre-
ga cor tuum in ſanctitate ejus.
* Ne des alienis honorem Prov. V. 9
tuum , & annos tuos ; * ne for- 10
tè impleantur extranei viribus
tuis , & labores tui ſint in do-
mo aliena , * & gemas in no- 11
viſſimis , quando conſumpſeris
carnes tuas , & corpus tuum ,
& dicas : * Cur deteſtatus ſum 12
diſciplinam , & increpationi-
bus non acquievit cor meum ,
* nec audivi vocem docentium 13
me , & magiſtris non inclinavi
aurem meam ? * Pene fui in 14

omni malo, in medio Ecclesiæ
15 & Synagogæ. * Bibe aquam
de cisterna tua, & fluenta pu-
16 tei tui. * Deriventur fontes tui
foras, & in plateis aquas tuas
17 divide: * habeto eas solus,
nec sint alieni participes tui.
1. Tim. IV. 15 * Hæc meditare, in his esto:
ut profectus tuus manifestus sit
16 omnibus. * Attende tibi & do-
ctrinæ: insta in illis; hoc enim
faciens, & te ipsum salvum fa-
cies, & eos qui te audiunt.

II. Punctum.

Secunda lex.

Cura proficiendi in vita spirituali.

Hujus curæ rationes.

Felicitas illius profectûs.

Ps. 1. 1 * Beatus vir qui non abiit
in consilio impiorum, &
in via peccatorum non stetit,
& in cathedra pestilentiæ non
2 sedit: * sed in lege Domini vo-
luntas ejus, & in lege ejus me-
3 ditabitur die ac nocte. * Et erit
tanquam lignum, quod plan-
tatum est secus decursus aqua-
rum, quod fructum suum dabit

in tempore ſuo : & folium ejus
non defluet : & omnia quæ-
cumque faciet proſperabuntur.
* Juſtus ut palma florebit : ſicut Pſ.xci. 13
cedrus Libani multiplicabitur ;
* hic accipiet benedictionem Pſ.xxiii. 5
à Domino : & miſericordiam à
Deo ſalutari ſuo. * Hæc eſt ge- 6
neratio quærentium eum : quæ-
rentium faciem Dei Jacob.

Religioſi prima intentio.

* *Benedicite omnes religioſi* Dan. iii. 90
Domino ; * Si quæritis, quæ- Iſai. xxi. 12
rite ; * Rememoramini autem Heb. x. 32
priſtinos dies, in quibus illu-
minati, magnum certamen ſuſti-
nuiſtis paſſionum : * & in altero 33
quidem opprobriis & tribula-
tionibus ſpectaculum facti ; in
altero autem ſocii taliter con-
verſantium effecti.

Ius Dei.

Benedicite omnes religioſi Do-
mino ; * Dei agricultura eſtis, 1.Cor.iii. 9
* plantatio Domini ad glorifi- Iſai. lxi. 3
candum, * in terra ſanctificata, Zach. ii. 12
* in terra ſanctorum. * Ecce Iſai. xxvi. 10
agricola expectat pretioſum fru- Jac. v. 7
ctum terræ. * Obaudite me, di- Eccli. xxxix. 17
vini fructus, & quaſi roſa plan-
tata ſuper rivos aquarum, fru-
ctificate : * quaſi Libanus odo- 18
rem ſuavitatis habete. * Florete 19

flores quasi lilium, & date odo-
rem, & frondete in gratiam,
& collaudate canticum, & be-
nedicite Dominum in operibus
20 suis; * date nomini ejus ma-
gnificentiam, & confitemini
illi in voce labiorum vestrorum,
& in canticis labiorum, & ci-
tharis, & sic dicetis in confes-
21 sione: *Opera Domini universa
bona valde.

Benedicite omnes religiosi Do- Sancti Institutoris, aliorumque sanctorum exemplum.
Isai. LI. 1 *mino.* * Audite me, qui sequi-
mini quod justum est, & quæ-
ritis Dominum: attendite ad
2 petram unde excisi estis. * At-
tendite ad Abraham patrem ve-
Joan. VIII. 39 strum: * Si filii Abraham estis,
Eccli. XLIV. 1. opera Abrahæ facite. * Laude-
mus viros gloriosos & parentes
Tob. II. 18 nostros. * Filii sanctorum su-
mus, & vitam illam expecta-
mus: quam Deus daturus est
his qui fidem suam nunquam
mutant ab eo.

Benedicite omnes religiosi Do- Ipsius Dei imitatio.
1. Cor. XII. 31 *mino*; * Æmulamini autem cha-
rismata meliora, & adhuc ex-
cellentiorem viam vobis de-
Matth. V. 48 monstro. * Estote ergo vos per-
fecti, sicut & pater vester cæ-
lestis perfectus est.

Benedicite omnes religioſi Do-
Divinæ gratiæ perpetuũ auxilium uſque ad mortem & merces in gloria cæleſti. *mino.* * Plantati in domo Do- Pſ. xci. 14
mini in atriis domûs Dei no-
ſtri florebunt. * Adhuc multi- 15
plicabuntur in ſenecta uberi.
* Beati qui habitant in domo tua Pſ. lxxxiii. 5
Domine, in ſæcula ſæculorum
laudabunt te. * Beatus vir, cu- 6
jus eſt auxilium abs te: aſcen-
ſiones in corde ſuo diſpoſuit,* in 7
valle lacrimarum, in loco, quem
poſuit: * etenim benedictionem 8
dabit legiſlator: ibunt de virtute
in virtutem: videbitur Deus
Deorum in Sion.

* Domine Deus virtutum 9
exaudi orationem meam: auri-
bus percipe Deus Jacob. * Pro- 10
tector noſter aſpice Deus:* me- 11
lior eſt dies una in atriis tuis ſu-
per millia. Elegi abjectus eſſe in
domo Dei mei, magis quam ha-
bitare in tabernaculis peccato-
rum; * quia miſericordiam, & 12
veritatem diligit Deus: gra-
tiam, & gloriam dabit Domi-
nus; * non privabit bonis eos, 13
qui ambulant in innocentia:
Domine virtutum, beatus ho-
mo, qui ſperat in te.

III. Punctum.

Tertia lex.

Omnia expectandi à Deo felix obligatio.

Matth. xix. 27 * PEtrus dixit : *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te : quid ergo erit nobis?* Oritur hæc obligatio ex promiſſione Chriſti.
28 * Jeſus autem dixit illis : Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël.
29 * Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſide- De centuplo & vita æterna.
Marc. x. 30 bit : * centies tantum, nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æternam.

Exod. xvi. 15 Pſ. xxviii. 4 * Quid eſt hoc? * Vox Domi- Promiſſionem hanc Religio-

fus admiratur, & expendit per colloquium cum Christo :

ni in virtute: vox Domini in magnificentia.

* Maxima & pretiosa nobis promissa. II. Pet I. 4

* Benedicite omnes religiosi Domino, Deo Deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia ejus. Dan. III. 90

* Et sic dicetis in confessione : Eccli. XXXIX. 20

*Pro quo omnia reliquit :

*Ecce nos * reliquimus omnia, & secuti sumus te : quid ergo erit nobis ?*

Ecce nos reliquimus omnia,

* *Omnia desiderabilia nostra :* Isai. LXIV. 11

Omnia, * quasi nihilum & inane : XL. 17

Omnia, * ut stercora. Phil. III. 8

Reliquimus, * sponte & arbitrio cordis : IV.Reg.XII. 4

* corde toto, gaudio magno, I.Par XXIX. 9

* & votis magnis promissis. II.Mac. III. 35

Et secuti sumus te * Christum ducem : Dan. IX. 25

* In lumine tuo : Ps. XXXV. 10

* Cor nostrum ardens erat in nobis. Luc. XXIV. 32

Et secuti sumus te * despectum & novissimum virorum, virum dolorum. Isai. LIII. 3

Et secuti sumus te, * usque ad mortem, mortem autem crucis. Phil. II. 8

Ps. XXII. 1 *Quid ergo erit nobis?* * Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Et à quo omnia expectat,

Reliquimus omnia, & secuti
Eccli. XI. 25 *sumus te:* * & quæ erunt mihi
Eph. I. 10 ex hoc bona? * *Omnia in Christo*, quæ in cælis, & quæ in terra sunt:

Col. II. 3 *Omnia in Christo*, * in quo sunt omnes thesauri sapientiæ &
Thr. I. 10 scientiæ absconditi: * Omnia desiderabilia ejus.

Ecce nos reliquimus omnia,
I. Cor. IX. 18 *& secuti sumus te:* * quæ est
Gen. XV. 1 ergo merces mea? * Merces tua
Rom. IX. 5 magna nimis * est Christus, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.

Ps. XV. 5 * Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Tu es qui restitues hæreditatem meam mi-
6 hi. * Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Ecce nos reliquimus omnia,
II. Cor. VI. 9 *& secuti sumus te*, * Quasi morientes, & ecce vivimus: ut ca- Atque etiam nunc accipit multa.
10 stigati & non mortificati: * Quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil

habentes, & omnia possidentes: *Expectantes beatam spem, Tit. II. 13
& adventum gloriæ magni Dei,
& salvatoris nostri Jesu Christi.



TERTIA MEDITATIO.

De improbis Religiosis.

I. PUNCTUM.

Consideratio communis omnibus.

Improborum Religiosorum variæ figuræ;

* VÆ illis, quia in via Cain Judæ. 11
abierunt;
Et errore Balaam mercede
effusi sunt;
Et in contradictione Core
perierunt.
* *Hi sunt* in epulis suis ma- 12
culæ, convivantes sine timore,
semetipsos pascentes, nubes sine
aqua, quæ à ventis circumfe-
runtur, *arbores autumnales*, in-
fructuosæ, bis mortuæ, eradi-
catæ, * fluctus feri maris despu- 13
mantes suas confusiones, sidera
errantia, quibus procella tene-
brarum servata est in æternum.
* Ecce venit Dominus in sanctis 14

15 millibus ſuis * facere judicium
contra omnes.
Pſ. XLIX. 22 * *Intelligite hæc qui obliviſci-* Quas ut in-
mini Deum ; ne quando rapiat , telligant ad-
Jer. VIII. 8 & non ſit qui eripiat. * Quomò- monentur ,
do dicitis : ſapientes nos ſumus ,
& lex Domini nobiſcum eſt.
Intelligite : *Hi ſunt arbores*
Sap. X. 7 *autumnales* , * incertò tempore
Luc. VI. 43 fructus habentes arbores ; *non
eſt enim arbor bona , quæ facit
fructus malos : neque arbor ma-
44 la faciens fructum bonum:*una-
quæque enim arbor de fructu
ſuo cognoſcitur ; neque enim
de ſpinis colligunt ficus , neque
de rubo vindemiant uvam.
Matt. III. 8 * Facite ergo fructum dignum Tum ut pœ-
9 pœnitentiæ ; * & ne velitis di- nitentiam a-
cere intra vos , patrem habemus gant ,
Abraham : quoniam potens eſt Nec confi-
Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare dant ſanctita-
10 filios Abrahæ ; * *Jam enim ſe-* ti ſui Ordinis,
curis ad radicem arborum poſita
eſt. Omnis ergo arbor, quæ non Sed timeant
facit fructum bonum , excide- imminentem
tur , & in ignem mittetur. Dei vindictã.
Intelligite : Jam ſecuris ad ra-
dicem arborum poſita eſt.

II. PUNCTUM.

Singulorum varii characteres.

Religiosus multa & magna operans exteriùs ex vanæ gloriæ cupiditate.

PRIMUS CHARACTER.

Illius figura est Arbor portentosa,

* VIdebam, & ecce arbor Dan. IV. 7
in medio terræ, & alti-
tudo ejus nimia. * Magna ar- 8
bor & fortis: & proceritas ejus
contingens cælum: aspectus il-
lius erat usque ad terminos uni-
versæ terræ.* Folia ejus pulcher- 9
rima, & fructus ejus nimius:
& esca universorum sub ea.
Subter eam habitabant anima-
lia & bestiæ, & in ramis ejus
conversabantur volucres cæli:
& ex ea vescebatur omnis caro.

Quæ jussu Dei succiditur,

* Et ecce vigil & sanctus de cæ- 10
lo descendit, * clamavit forti- 11
ter, & sic ait: Succidite arbo-
rem, & præcidite ramos ejus:
excutite folia ejus, & dispergite
fructus ejus: fugiant bestiæ quæ
subter eam sunt, & volucres de

Reservato germine in radicibus,

ramis ejus. * Verumtamen ger- 12
men radicum ejus in terra si-
nite.

Marc. XIII. 14 * Qui legit intelligat:
Dan. IV. 17 * Arborem quam vidisti su-
19 blimem, atque robustam, * tu
es, qui magnificatus es, & in-
v. 23 valuisti. * Porro Deum qui ha-
bet flatum tuum in manu sua, &
omnes vias tuas, non glorifica-
22 sti: * Non humiliasti cor tuum,
23 cùm scires hæc omnia; * sed
adversùm dominatorem cæli
elevatus es.

Hanc sibi figuram aptat Religiosus.

IV. 20 * *Succidite arborem, & dissipate illam:*

21 * Hæc est interpretatio sententiæ Altissimi.

Succidite arborem:

22 * Ejicient te ab hominibus,
Deut. XVII. 15 * de numero fratrum tuorum,
Dan. IV. 22 * & cum bestiis ferisque erit
Ps. XLVIII. 13 habitatio tua. * Homo, cùm in
honore esset, non intellexit:
comparatus est jumentis insi-
pientibus, & similis factus est
illis.

Succidite arborem, & dissipate illam:

Ezech. XXIII. 29 * Tollent omnes labores tuos,
Sap. III. 11 * labores sine fructu, & inutilia
opera.
Dan. IV. 23 * Quod autem præcepit ut relin-
queretur germen radicum ejus,

id eſt, arboris: * admoneo te, II. Tim. I. 6
ut reſſuſcites gratiam Dei quæ
in te eſt.

Religioſus peccator occultus.
Hujus figura eſt oliva fructifera,

II. CHARACTER.

* HÆc dicit Dominus; Jer. XI. 11
* Quid eſt quòd dilectus 15
meus in domo mea fecit ſcelera
multa? Numquid carnes ſan-
ctæ auferent à te malitias tuas
in quibus gloriata es? * Oli- 16
vam uberem pulchram, fructi-
feram, ſpecioſam, vocavit Do-
minus nomen tuum: ad vocem
loquelæ, grandis exarſit ignis
in ea, & combuſta ſunt fruteta
ejus. * Et Dominus exercituum, 17
qui plantavit te, locutus eſt ſu-
per te malum.

quæ conſumpta eſt ab igne intus ſuſcepto.

* Quis eſt vir ſapiens, qui in- IX. 12
telligat hoc, ad quem verbum
oris Domini fiat?
* Tu es ille vir; * ſic exarſiſti: II. Reg. XII. 7 Gen. XXXI. 36
* ſic facta ſunt tibi, in quibuſ- Iſai. XLVII. 15
cumque laboraveras.

Hanc ſibi Religioſus figuram convenire agnoſcit, & dolet.

* Tu autem Domine, de- Jer. XI. 18
monſtraſti mihi, & cognovi.
* Ad te, Domine, clamabo: Joel. I. 19
quia ignis comedit ſpecioſa de-
ſerti. * O Domine libera ani- Pſ. CXIV. 4

II. Reg. XIV. 14 mam meam; * ne penitus pereat.

III. Character.

Religiosus vacuus bonis operibus & meritis.

Ejus est figura, ficus infructuosa.

Luc. XIII. 6 * Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit.
7 * Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: succide ergo illam; *ut quid etiam*
8 *terram occupat?* * At ille respondens dicit illi: *Domine, dimitte illam & hoc anno*, usque dum fodiam circa illam, & mittam
9 stercora: * & siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.

Hanc sibi figuram applicat Religiosus.

Matth. XXIV. 32 * Ab arbore autem fici discite
15 parabolam. * Qui legit intelligat.

Deus vocavit illum ad religionem:

Act. VII. 2. 3 * Deus gloriæ * dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstravero tibi.
4 * Transtulit illum in terram
II. Mach. II. 18 istam, * in locum sanctum, * ut
Gen. II. 15 operaretur, & custodiret illum,

* ut fructum plus afferat. Joan. xv. 2

Non vixit religiosè.

* In omnibus est inutilis : Sap. xiii. 19
* Animæ suæ inutilis : Eccli. xxxvii. 21
* Quasi stirps inutilis. Isai. xiv. 19

Ut quid etiam terram occupat.

Mortem illi aut derelictionem intentat Deus,

* Hæc dicit Dominus : Ecce quos ædificavi, ego destruo : & quos plantavi, ego evello. Jer. xlv. 4
* Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores. Matth. xxv. 30 * Obliviscatur ejus misericordia : dulcedo illius vermes : non sit in recordatione, *sed conteratur quasi lignum infructuosum.* Job. xxiv. 20

Quasi obstupescens quòd tam sanctum locum occupet;

Ut quid etiam terram occupat?

* Terram bonam, terram rivorum aquarúmque & fontium : Deut. viii. 7 * Olei ac mellis : iv. Reg. xviii. 32
* Terram frumenti & vini : Isai. xxxvi. 17
* Terram desiderabilem, hæreditatem præclaram : Jer. iii. 19
* Terram fluentem lacte & melle, præcipuam terram omnium. Ezech. xx. 15

Conteratur quasi lignum infructuosum:

Ut quid etiam terram occupat?

Rogante tamen sancto Patrono, aut Angelo con-

* Et audivi unum de sanctis loquentem, & dixit : *Domine, dimitte & hoc anno.* Dan. viii. 13

Job. XXIV. 23 * Dedit ei Deus locum pœnitentiæ. — cedit illi Deus adhuc annũ unum ad pœnitentiam;

1. Cor. VII. 29 *Et hoc anno* : * Tempus breve est.

Apoc. X. 7 *Et hoc anno* : * Tempus non erit ampliùs.

Act. VIII. 30 *Et hoc anno* : * Putásne intelligis quæ legis?

Eccli. V. 8 *Et hoc anno* : * Non tardes converti ad Dominum, & ne
9 differas de die in diem; * subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. — Unde Religiosus concludit, pœnitendum esse.

IV. Character.

Religiosus derelictus à Deo.

Matth. XXI. 16 * Jesus * esuriit, * & videns
18 fici arborem unam secus
19 viam, venit ad eam: & nihil invenit in ea, nisi folia tantùm, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficul-
20 nea. * Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: *quomodo continuò aruit?* — Istius figura est infructuosa ficus à Christo maledicta, & continuò arefacta.

Luc. VIII. 8 * Qui habet aures audiendi audiat. — In hac figura se agnoscit Religiosus;

Isai. XVIII. 4 * Hæc dicit Dominus ad me:

XVI. 3 * *Ecce ego lignum aridum.*

Quod in hunc ſtatum inciderit, dolet;

* Væ mihi, quia defecit anima mea; * dereliquit me virtus mea; & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. * Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum. — Jer. IV. 31; Pſ. XXXVII. 11; Pſ. CI. 5

Unde ita factum ſit, inquirit;

Quomodo continuò aruit?

Nempe quòd non foverit gratiam in ſe,

* Aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. — ibid.

Quomodo continuò aruit?

Et derelictus fuerit à Deo.

* Deus receſſit à me. * Deſtruxit me undique, & pereo, & quaſi evulſæ arbori abſtulit ſpem meam. — I. Reg. XXVIII. 15; Job. XIX. 10

Sentit difficultatem maximam convertendi ſe ad Deum;

Ecce ego lignum aridum,* * *lignum aridum in eremo. * Deſperavi, nequaquam ultrà vivam. * Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi. — Eccli. VI. 3; Job. VII. 16; Pſ. CXLII. 3

Se tamen ad ſpem excitat:

* *Non deſperes, eſt enim regreſſus.* — Eccli. XXII. 26

* Hæc dicit Dominus Deus: * Scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum ſublime, & exaltavi lignum humile: & ſiccavi lignum viride, & frondere feci lignum aridum. — Ezech. XVII. 22, 24

Et gratiam converſionis petit,

Non deſperes; * Lignum habet ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami ejus — Job. XIV. 7

8 pullulant. * Si senuerit in terra radix ejus, & in pulvere emor- Promittendo meliorem vitam.
9 tuus fuerit truncus illius, * *ad odorem aquæ germinabit*, & faciet comam, quasi cùm primùm plantatum est.

Dan. IV. 12 *Ego lignum aridum :* * Rore cæli tingatur, *ad odorem aquæ germinabit.*

Jer. IX. 1 * Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum? & plorabo die ac nocte. *Ad odorem aquæ germinabit lignum aridum in eremo.*

Ps. LXXI. 18 *Quis dabit?* * Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus.


Joan. IV. 15 * *Domine, da mihi hanc aquam.*

Ego lignum aridum : Ad odorem aquæ germinabit.

Domine, da mihi hanc aquam.

Ps. CXLII. 6 * Expandi manus meas ad te : anima mea sicut terra sine aqua
7 tibi. * Velociter exaudi me, Domine : defecit spiritus meus.

Ps. LXXXIV. 13 * Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.





TRES
MEDITATIONES
DE PECCATO.

PRIMA MEDITATIO.

De atrocitate peccati mortalis considerati ut est contemptus Dei.

I. PUNCTUM.

Consideratur contemptus Dei in seipso.

Deus de illo contemptu queritur, ejusque naturam explicat.



* OBSTUPESCITE Jer.II. 12
cæli super hoc, & portæ ejus desolamini vehementer,
dicit Dominus;
* Duo enim mala fecit populus 13
meus : me dereliquerunt fontem
aquæ vivæ, & foderunt sibi ci-
sternas, cisternas dissipatas, quæ
continere non valent aquas.

Idipsum est Deum derelinquere,

5 *Me dereliquerunt.* * Elon- | Ab illo elongare,
Job. XXI. 14 gaverunt à me. * Dixerunt : re-
cede à nobis, & ſcientiam via- | Ipſum expellere,
15 rum tuarum nolumus. * Quis | Inutilem habere,
eſt omnipotens, ut ſerviamus
ei? & quid nobis prodeſt ſi ora-
verimus illum?

Deut. XXXII. 6 * Popule ſtulte & inſipiens, | Contra ipſum rebellare,
Jer. II. 20 * à ſæculo confregiſti jugum
meum, rupiſti vincula mea, *&*
dixiſti: Non ſerviam.

Exod. XX. 5 * Oderunt me : * & ſervie- | Illi præferre creaturam.]
Rom. I. 25 runt creaturæ potiùs quàm Crea-
Job. XXXIV. 27 tori. * Quaſi de induſtria re-
ceſſerunt ab eo, & omnes vias
ejus intelligere noluerunt.

Obſtupeſcite cæli ſuper hoc.

Mal. I. 6 * Filius honorat patrem, & | Idipſum eſt agere cum Deo alia ratione ac utũtur homines rationis compotes cum hominibus,
ſervus Dominum ſuum : ſi ergo
pater ego ſum, ubi eſt honor
Iſai. I. 2 meus?* Filios enutrivi, & exal-
tavi; ipſi autem ſpreverunt me.
Mal. I. 6 * Si Dominus ego ſum, ubi eſt
III. 14 timor meus? * Dixiſtis : vanus
eſt qui ſervit Deo.

Jer. II. 10 * Tranſite ad inſulas Cethim, | Populi excæcati cum ſuis falſis Diis,
& videte : & in Cedar mittite,
& conſiderate vehementer : &
videte ſi factum eſt hujuſcemo-
11 di : * ſi mutavit gens Deos ſuos,
& certè ipſi non ſunt Dii : po-

pulus verò meus, mutavit gloriam suam in idolum.

Obstupescite cæli super hoc.

* Etiamque animantes cum hominibus.

* Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognovit, & populus meus non Isai. I. 3
intellexit. * Væ genti peccatrici, 4
populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum.

II. Punctum.

Consideratur contemptus Dei in peccato, ut spectat ipsum hominem.

Expendit homo vilitatem suam, simul & audaciam, quâ noluit Deo servire; ac super hoc, seipsum confundit.

* O *Homo, tu quis es, qui respondeas Deo?* Rom. IX. 20
* *Ergóne credibile est?* * Adversùm dominatorem cæli elevatus es: *& dixisti: Non serviam.* II. Par. VI. 18 Dan. V. 23

O homo tu quis es?

* Terra & cinis: Eccli. X. 9
* Testa de samiis terræ: Isai. XLV. 9
* Caro: Ps. LXXVII. 39

Ezech. IV. 14 * Caro immunda :
Eccli. XIV. 18 * Caro ſicut fœnum :
Iob. XIII. 28 * Putredo:
25 * Folium quod vento rapitur :
Iac. IV. 15 * Vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.

O homo, tu quis es?

Sap. IX. 5 * Homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intelle-
Iob. XIV. 1 ctum : * homo natus de muliere, brevi vivens tempore,
2 repletur multis miſeriis : * qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet:
Gen. III. 19 * Pulvis es, & in pulverem revertêris :

Et dixiſti : Non ſerviam ;

Adversùm dominatorem cæli elevatus es.

Ergóne credibile eſt?

III. PUNCTUM.

Conſideratur Dei contemptus, ut ipſum ſpectat Deum.

Iob. XXXVII. 14 * AUſculta hæc : ſta, & conſidera mirabilia Dei. Peccatum opponitur Dei infinitæ majeſtati,

* Condemnabit te os tuum. xv. 6
* Ecce gentes quaſi ſtilla ſi- Iſai. xl. 15
tulæ, & quaſi momentum ſta-
teræ reputatæ ſunt; ecce inſulæ
quaſi pulvis exiguus, * & Li- 16
banus non ſufficiet ad ſuccen-
dendum, & animalia ejus non
ſufficient ad holocauſtum.* Om- 17
nes gentes quaſi non ſint, ſic
ſunt coram eo, & quaſi nihi-
lum & inane reputatæ ſunt ei;
Et dixiſti: Non ſerviam.
Perfectionibus, * Magnus eſt, & non habet Bar. iii. 25
finem: excelſus & immenſus:
* terribilis & fortis, juſtus & II. Macc. 1 24
miſericors: * beatus & ſolus I. Tim. vi. 15
potens, * qui ſolus habet im- 16
mortalitatem: * habitans æter- Iſai. lvii. 15
nitatem. * Sanctum & terribile Pſ. cx. 9
nomen ejus, * & ſapientiæ ejus Pſ. cxlvi. 5
non eſt numerus;
Et dixiſti: Non ſerviam.
* Univerſa propter ſemetip- Prov. xvi. 4
Gloriæ, ſum operatus eſt Dominus; * ple- Iſai. vi. 3
na eſt omnis terra gloria ejus;
* magna opera Domini: exqui- Pſ. cx. 2
ſita in omnes voluntates ejus;
Et dixiſti: Non ſerviam.
* Quid dignum poterit eſſe Tob. xii. 2
Beneficiis, beneficiis ejus? * Quanta fecit Pſ. lxv. 16
animæ meæ! * Qualem chari- I. Joan. iii. 1
tatem

tatem dedit nobis pater, ut filii
Dei nominemur, & ſimus.
Joan. III. 16 * Sic Deus dilexit mundum, ut
filium ſuum unigenitum daret;
ut omnis qui credit in eum non
pereat, ſed habeat vitam æter-
Col. I. 14 nam, * per ſanguinem ejus.

Et dixiſti : Non ſerviam.

Job. XXXVI. 22 * Nullus ei ſimilis in legiſla- Promiſſis,
Pſ. XVIII. 8 toribus. * Lex Domini imma-
Pſ. LXXXIII. 12 culata convertens animas. * Gra-
I. Cor. II. 9 tiam & gloriam dabit; * Ocu-
lus non vidit, nec auris audi-
vit, nec in cor hominis aſcen-
dit, quæ præparavit Deus iis,
qui diligunt illum.

Et dixiſti : Non ſerviam.

Job. IX. 13 * Deus, cujus iræ nemo re- Minis
ſiſtere poteſt, & ſub quo cur-
vantur qui portant orbem;
Prov. XXI. 30 * non eſt ſapientia, non eſt pru-
dentia, non eſt conſilium con-
Matth. X. 28 tra Dominum; * poteſt & ani-
mam, & corpus perdere in ge-
hennam.

Et dixiſti : Non ſerviam.


I. Joan. IV. 16 * Deus charitas eſt : & qui ma- Sed imprimis
net in charitate, in Deo manet, amori.
21 & Deus in eo. * Et hoc man-
Matth. XXII. datum habemus à Deo : * Dili-
37 ges Dominum Deum tuum ex

toto corde tuo, & in tota ani-
ma tua, & in tota mente tua.
* Hoc eſt maximum & primum 38
mandatum; * hæc eſt enim I. Joan. v. 3
charitas Dei, ut mandata ejus
cuſtodiamus: & mandata ejus
gravia non ſunt; * omnis enim Gal. v. 14
lex in uno ſermone impletur:
Diliges.

Diliges. * Jugum ſuave! Matth. II. 30
* Dicit tibi Magiſter: **Præbe* Luc. XXII. 11
fili mi, cor tuum mihi. * Si ſci- Prov. XXIII. 26 Joan. IV. 10
res donum Dei, & quis eſt,
qui dicit tibi: *Præbe cor tuum mi-*
hi! * Et dixiſti: nequaquam fa- Ier. II. 25
ciam; adamavi quippe alienos,
& poſt eos ambulabo. *Et dixi-*
ſti: non ſerviam.

* Stultè igitur egiſti. * Juſtum II. Par. XVI. 9
eſt ſubditum eſſe Deo, & mor- II. Macc. IX. 12
talem non paria Deo ſentire.
* Obedire oportet Deo magis Act. v. 29
quàm hominibus. * Nonne Deo Pſal. LXI. 2
ſubjecta erit anima mea? Ab
ipſo enim ſalutare meum; * nam 3
& ipſe Deus meus, & ſalutaris
meus, ſuſceptor meus, non mo-
vebor amplius.

Poſſunt etiam huc referri primæ conſiderationes & affectiones, quæ habentur in tertio puncto ſequentis Meditationis.



II. MEDITATIO.

De atrocitate peccati mortalis considerati ut est contemptus Dei.

I. PUNCTUM.

De causa tam horrendi contemptûs.

Expostulatio Dei cum peccatore.

Ier. II. 12 * *OBstupescite cæli super hoc, & portæ ejus desolamini*
13 *vehementer. * Duo enim mala fecit populus meus : me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.*

Hujus contemptus unica causa est, aversio à Deo & conversio ad creaturã ;

5 * Quid invenerunt in me iniquitatis, quia elongaverunt à me, & ambulaverunt post vani-
6 tatem, & vani facti sunt? * Et non dixerunt : Ubi est Dominus.

Nihil verò quidquam ex parte Dei.

Mich. VI. 3 * *Popule meus, quid feci tibi,* aut quid molestus fui tibi ? Res-
Isai. XLVI. 5 ponde mihi. * *Cui comparastis me, & adæquastis, & comparastis me ?*

Qui anteponit creaturam Deo.

Anteponit aquæ vivæ aquam turbidam,

Cui comparaſtis me ? me fon-
tem aquæ vivæ , * aquæ ſalientis Ioan. IV. 14
in vitam æternam. *Popule meus,*
quid feci tibi ? * Et nunc quid Ier. 2. 18
tibi vis in via Ægypti , ut bi-
bas aquam turbidam ? & quid
tibi cum via Aſſyriorum , ut
bibas aquam fluminis ? * Om- Ioan. IV. 13
nis qui bibit ex aqua hac , ſitiet
iterum : qui autem biberit ex
aqua , quam ego dabo ei , non
ſitiet in æternum.

* Dereliquiſti Dominum Ier. II. 17
Deum tuum.

* Adverſum dominatorem cæ- Dan. V. 23
li elevatus es. * *Et hæc eſt cauſa* III. Reg. XI. 27
rebellionis adversùs eum.

Veritati mendacium,

Cui comparaſtis me * fontem Bar. III. 12
ſapientiæ ? * Ut quid diligitis Pſ. IV. 3
vanitatem , & quæritis menda-
cium?* Uſquequò parvuli diligi- Prov. I. 22
tis infantiam , & ſtulti ea quæ
ſibi ſunt noxia cupient , & im-
prudentes odibunt ſapientiam ?
* Dilexerunt homines magis te- Ioan. III. 19
nebras , quàm lucem : * fuerunt Iob. XXIV. 13
rebelles lumini : * adversùs Do- Num. XXVI. 9
minum rebellaverunt. *Et hæc*
eſt cauſa rebellionis adversùs
eum.

Nihilum omni bono.

Cui comparaſtis me ? * omne Exod. XXXIII, 19

Prov. VIII 18 bonum ? * Mecum ſunt divitiæ,
& gloria, opes ſuperbæ, & ju-
ſtitia.

Amos. VI. 14 *Cui comparaſtis me ?* * Qui læ-
tamini in nihilo.

Pſ. LXI. 10 * Vani filii hominum : * elon-
Ier. II. 5
Matth. XXII. 5 gaverunt à me ; * abierunt alius
in villam ſuam, aliùs verò ad
Prov. XXVIII. negotiationem ſuam ; * iſte &
21 pro buccella panis deſerit verita-
Ezech. XIII. tem. * Et violabant me propter
19 pugillum hordei, & fragmen
Ier. II. 6 panis ; * & non dixerunt : Ubi
eſt Dominus ?

* *Et hæc eſt cauſa rebellionis*
Pſ. LXXV. 6 *adversùs eum.* * Dormierunt
ſomnum ſuum : & nihil invene-
runt omnes viri divitiarum in
manibus ſuis.

Prov. VIII. 31 *Cui comparaſtis me ?* * Deli-
ciæ meæ, eſſe cum filiis homi-
Joan. XVI. 24 num ; * ut gaudium veſtrum ſit
22 plenum :* gaudium veſtrum ne-
mo tollet à vobis. *Cui compara-*
Rom. VI. 21 *ſtis me ?* * Quem ergo fructum
habuiſtis in illis in quibus nunc
Oſee. IX. 10 erubeſcitis ? * Abalienati ſunt
in confuſionem, & facti ſunt
abominabiles, ſicut ea quæ di-
Jer. 9. 14 lexerunt : * abierunt poſt pravi-
Tit. III. 3 tatem cordis ſui, * ſervientes

Puræ lætitiæ turpem triſtitiam.

desideriis & voluptatibus variis.
* Noluerunt obedire Domino Deo suo, IV.Reg. XVIII. 14

Et hæc est causa rebellionis adversùs eum.

Obstupescite cæli super hoc, & portæ ejus desolamini vehementer.

HUMILIS RESPONSIO
peccatoris
ad hanc expostulationem Dei.

Agnoscit iniquitatem suã, quã nihilum comparavit & antepoſuit Deo:

* INGEMISCO ego: * contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me. * Ad me ipsum anima mea conturbata est: * quoniam adversùs Dominum rebellis fuit, Thr. I. 21 Jer. VIII. 21 Ps. XLI. 7 Num. XV. 30

** Pro nihilo.*

* Mendaces filii hominum in stateris. Ps. CV. 25 Ps. LXI. 10

* Domine, quis similis tibi?
* Sprevisti omnes discedentes à judiciis tuis: quia injusta cogitatio eorum. Ps. XXXIV. 10 Ps. CXVIII. 118

Injusta;

* Quia cùm cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, * & servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, *pro nihilo.* Rom. I. 21 25

Pro nihilo.

Judic. VIII. 3 * Quid tale facere potui ?

Pro nihilo.

Deut. III. 24 * Domine Deus tu cœpisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam; neque enim est alius Deus, vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. Et illi dat gloriam confitendo, nihil posse ei comparari.

Ps. CXLIV. 3 * Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis ejus non est finis.

I. Joan. III. 20 * Major est Deus corde nostro, Prov. III. 1 * & omnia quæ desiderantur huic non valent comparari;

Sap. VII. 15 * Infinitus enim thesaurus est hominibus.

II. Punctum.

De pœna peccatoris Deum contemnentis.

Jer. II. 17 * Dereliquisti Dominum Deum tuum: 19 * arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te; scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei Pœna quam intentat Deus peccatori, non minor est, quàm derelinqui ab eo.

apud te, dicit Dominus.

* Qui contemnunt me, erunt ignobiles. * Væ qui ſpernis, nónne & ipſe ſpernêris? Cùm fatigatus deſieris contemnere, contemnêris. — I. Reg. II. 30; Iſai. XXXIII. 1

*Dicebant: Recede à nobis. * Sed & væ eis, cùm receſſero ab eis. *Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem ejus à vobis ne exaudiat. — Job. XXII. 17; Oſee IX. 12; Iſai. LIX. 2

* *Vos non populus meus*, & ego non ero veſter. — Oſee I. 9

Vos non populus meus, * *&* ſine Deo in hoc mundo. — Ephe. II. 12

III. Punctum.

Variæ conſiderationes & affectiones huic meditationi adſciſcendæ pro vario meditantis ſtatu.

Primæ conſiderationes, & affectiones, de timore & fuga peccati.

Pro juſto, aut pro peccatore jam juſtificato, ad imitationem Jeſu Siracidæ,

* Quaſi à facie colubri fuge peccata. — Eccli. XXI. 2

Tob. iv. 23 * Pauperem quidem vitam Tobiæ,
gerimus , sed multa bona ha-
bebimus , si timuerimus Deum,
& recesserimus ab omni pecca-
to , & fecerimus bene.


Iosѕ. xxii. 29 * Absit à nobis hoc scelus , ut Principum
recedamus à Domino , & ejus Ruben , Gad, &c,
vestigia relinquamus :

Gen.xxxix. 8 * Ecce Dominus meus , om- Ioseph in tentatione ,
nibus mihi traditis , ignorat
9 quid habeat in domo sua : * nec
quidquam est , quod non in mea
sit potestate , vel non tradiderit
mihi , præter te , quæ uxor ejus
es : quomodo ergo possum hoc
malum facere & peccare in
10 Deum meum ? * Hujuscemodi
verbis per singulos dies recusa-
bat stuprum.

II.Macc.vi.19 * Ille gloriosissimam mortem Eleazari,
magis , quàm odibilem vitam
complectens , voluntariè præi-
20 bat ad supplicium. * Destinavit
non admittere illicita propter
21 vitæ amorem. * Rogabant ut
simularetur manducasse , sicut
rex imperaverat , de sacrificii
23 carnibus. * At ille respondit ci-
tò , dicens , se præmitti velle
in infernum ; * nam, etsi in præ-
senti tempore suppliciis homi-

num eripiar, sed manum Om-
nipotentis nec vivus, nec de-
functus effugiam. * Quamob- 27
rem fortiter vitâ excedendo,
senectute quidem dignus appa-
rebo. * Adolescentibus autem 28
exemplum forte relinquam, si
prompto animo, ac fortiter pro
gravissimis & sanctissimis legi-
bus honesta morte persungar.
* Sed, cùm plagis percuteretur, 30
ingemuit, & dixit: Domine,
qui habes sanctam scientiam,
manifestè tu scis, quia, cùm à
morte possem liberari, duros
corporis sustineo dolores: se-
cundùm animam verò propter
timorem tuum libenter hæc pa-
tior.

Susannæ. * Angustiæ sunt mihi undi- Dan. XIII. 22
que: si enim hoc egero, mors
mihi est: si autem non egero,
non effugiam manus vestras.
* Sed melius est mihi absque 23
opere incidere in manus vestras,
quàm peccare in conspectu Do-
mini.



Secundæ considerationes & affectiones.

Pro peccatore metuente ne derelinquatur à Deo.

Prima hujus peccatoris cautio, justitiæ Dei timor,

Deut. XXXII. 18 * DEum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es
19 Domini Creatoris tui. * Vidit Dominus, & ad iracundiam
Ps. LI. 7 concitatus est. * Propterea Deus destruet te in finem; evellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo; & radicem tuam de terra viventium.

quo moderatur nimiã suã fiduciam in ejus misericordiam.

Eccli. V. 2 * Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui,
3 * & ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subjiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.

4 * Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.

5 * De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum; * & ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur;
7 * misericordia enim & ira ab illo citò proximant, &

in peccatores respicit ira illius.
* Non tardes converti ad Do- 8
minum, & ne differas de die
in diem; * subitò enim veniet 9
ira illius, & in tempore vindi-
ctæ disperdet te.

Secunda cautio, oratio, quá supplex rogat Deum ne suas subtrahat gratias.

* Convertere ad Dominum, xvii. 21
& relinque peccata tua: * pre- 22
care ante faciem Domini.
* Domine, ne in furore tuo Ps. xxxvii. 2
arguas me, neque in ira tua cor-
ripias me: * ne avertas faciem Ps. xxvi. 9
tuam à me: ne declines in ira à
servo tuo; adjutor meus esto:
ne derelinquas me, neque des-
picias me Deus salutaris meus.
* Ne derelinquas me Domine Ps. xxxvii. 22
Deus meus: ne discesseris à me:
* & ne adincrescant ignorantiæ Eccli. xxiii.
meæ, & multiplicentur deli- 3
cta mea, & peccata mea abun-
dent.
* Ecce homo qui non posuit Ps. li. 9
Deum adjutorem suum: * de- Deut. xxxii.
reliquit Deum factorem suum, 15
& recessit à Deo salutari suo.
* Multi dicunt animæ meæ: Ps. iii. 3
Non est salus ipsi in Deo ejus.
* Tu autem, Domine, susce- 4
ptor meus es.
* Domine spes mea à juven- Ps. lxx. 5

9 tute mea : * ne projicias me in
tempore senectutis : cùm defe-
cerit virtus mea, ne derelinquas
10 me ; * quia dixerunt inimici
mei mihi : & qui custodiebant
animam meam , consilium fe-
11 cerunt in unum , * dicentes :
Deus dereliquit eum , persequi-
mini & comprehendite eum :
quia non est qui eripiat.
12 * Deus , ne elongeris à me :
Deus meus in auxilium meum
13 respice. * Confundantur & de-
ficiant detrahentes animæ meæ:
operiantur confusione & pudo-
re qui quærunt mala mihi.
17 * Deus , docuisti me à ju-
ventute mea : & usque nunc pro-
18 nuntiabo mirabilia tua.* Deus ,
ne derelinquas me.

Tertiæ considerationes & affectiones.

Pro peccatore metuente ne jam sit à Deo derelictus.

Colloquium peccatoris cum Deo.

Peccator.

Ps. LXVIII. 2 * SAlvum me fac Deus : quo-
niam intraverunt aquæ us-
3 que ad animam meam. * Infi-

Peccator miserum statum suum exponit Deo ,

xus ſum in limo profundi : &
non eſt ſubſtantia ; veni in al-
titudinem maris : & tempeſtas
demerſit me : *dum dicitur mihi Pſ. xli. 4
quotidie : Ubi eſt Deus tuus ?

Deus.

quem Deus illi imputat.

* Numquid non iſtud factum Jer. ii. 17
eſt tibi, quia dereliquiſti Do-
minum Deum tuum eo tempo-
re, quo ducebat te per viam ?
* Et nunc quid tibi vis ? 12

Peccator.

Ingemiſcit ſuper miſeria ſua

* Quare oblitus es mei ?* Dum Pſ. xli. 10
dicunt mihi per ſingulos dies : 11
Ubi eſt Deus tuus ? * Quare tri- 12
ſtis es anima mea ? & quare con-
turbas me ?

Deus.

quâ Deus illum acrius ſtimulat.

* Arguet te malitia tua, & Jer. ii. 19
averſio tua increpabit te. Scito,
& vide, quia malum & ama-
rum eſt reliquiſſe Dominum
Deum tuum.

Peccator.

Poſtulat à Deo cauſam ſuæ derelictionis ;

* Exurge, quare obdormis Pſ. xliii. 23
Domine ? Exurge, & ne repel-
las in finem. * Quare faciem 24
tuam avertis, oblivifceris ino-
piæ noſtræ, & tribulationis no-
ſtræ ? * Cur faciem tuam abſcon- Job. xiii. 24
dis, & arbitraris me inimicum
tuum ?

Pſ. xxxvii. 11 * Dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum,
Pſ. xxxix. 13 & ipſum non eſt mecum ; * cor
Iſai. xlix. 14 meum dereliquit me ; * dereliquit me Dominus, & Dominus
Thr. i. 14 oblitus eſt mei ; * dedit me Dominus in manu de qua non po-
Pſ. xxi. 2 tero ſurgere. * Deus, Deus meus reſpice in me : quare me dereliquiſti ?

Deus.

Ier. ii. 29 * Quid vultis mecum judicio contendere ? omnes dereliqui- Deus verò ipſam illi declarat,
Deut. ix. 23 ſtis me ; * contempſiſtis imperium Domini Dei veſtri, & non credidiſtis ei, neque vocem ejus
24 audire voluiſtis : * ſed ſemper fuiſtis rebelles.

Act. xiii. 41 * Videte contemptores, & admiramini.

Oſee. i. 9 * *Vos non populus meus, & ego non ero veſter.*

Amos. iv. 11 *Vos non populus meus.* * Facti eſtis quaſi torris raptus ab in- ejuſque naturam explicat,
Epheſ. ii. 12 cendio : * hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, *& ſine Deo in hoc mundo.*

Ioan. viii. 44 *Vos non populus meus.* * Ex
Deut. xxxii. 20 patre Diabolo eſtis, * genera-
Lucæ xvii. 10 tio perverſa, infideles filii, * ſer-

vi inutiles * gens absque consi- Deut. XXXII. 28
lio & sine prudentia, *Et sine*
Deo in hoc mundo.

Et mala consequentia:

Et ego non ero vester ; * quia Prov. I. 24
vocavi, & renuistis : extendi
manum meam, & non fuit qui
aspiceret ; * despexistis omne 25
consilium meum, & increpationes
meas neglexistis. * Ego 26
quoque in interitu vestro ridebo,
& subsannabo, cùm vobis id,
quod timebatis, advenerit :* cùm 27
irruerit repentina calamitas, &
interitus quasi tempestas ingruerit :
quando venerit super vos
tribulatio, & angustia : * tunc 28
invocabunt me, & ego non
exaudiam.

Et ego non ero vester.

* Abscondam faciem meam Deut. XXXII.
ab eis, & considerabo novissima 20.
eorum. * Ignis succensus est 22
in furore meo, & ardebit usque
ad inferni novissima. * Congregabo 23
super eos mala, & sagittas
meas implebo in eis.

Tamen ut peccata possit vitare desiderat Deus :

* Utinam saperent & intelli- 29
gerent, ac novissima providerent.
* Mea est ultio, & ego re- 35
tribuam in tempore, ut labatur
pes eorum : juxtà est dies perdi-

tionis, & adesse festinant tem- Vitari autem posse negat sine sua ope.
37 pora. * Ubi sunt Dii eorum, in
38 quibus habebant fiduciam? * Sur-
gant, & opitulentur vobis, &
in necessitate vos protegant.
39 * Videte quòd ego sim solus, &
non sit alius Deus præter me:
ibid. * *Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo; & non est qui de manu mea possit eruere.*

Peccator.

Ego occidam, & ego vivere faciam. Peccator hanc gratiam ferventi oratione à Deo petit,

Matth. xv. 27 * *Etiam Domine.*
Ps. xxx. 13 * Oblivioni datus sum, tan-
Ps. xl. 11 quam mortuus à corde. * Mise-
rere mei, & resuscita me.

Percutiam, & ego sanabo.

Etiam Domine.

Ps. ci. 5 * Percussus sum: * quoniam
Ps. xxxvii. 3 sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, &
confirmasti super me manum
Ier. xvii. 14 tuam. * Sana me Domine, &
sanabor: salvum me fac, & salvus ero.

Ps vi. 2 * Domine ne in furore tuo ar-
guas me, neque in ira tua cor-
3 ripias me. * Miserere mei Do-
mine quoniam infirmus sum:
sana me Domine quoniam con-

turbata ſunt oſſa mea, * & ani- 4
ma mea turbata eſt valde: ſed
tu Domine uſquequò? *Num- Ier. III. 5
quid iraſcêris in perpetuum
* Uſquequò non parcis mihi? Iob. VII. 19
* Deus Judex juſtus, fortis, & Pſ. VII. 12
patiens: numquid iraſcitur per
ſingulos dies?
* Domine quando reſpicies? Pſ. XXXIV. 17
* *Domine ad adjuvandum me* Pſ. LXIX. 2
feſtina: * neſcio enim quàmdiu Iob. XXXII. 22
ſubſiſtam, & ſi poſt modicum
tollat me factor meus. *Feſtina.*
* Ecce nunc in pulvere dor- VII. 21
miam, & ſi manè me quæſieris
non ſubſiſtam. * Accelera ut e- Pſ. XXX. 3
ruas me.
Feſtina; * quia repleta eſt ma- Pſ. LXXXVII. 4
lis anima mea: *& vita mea in-*
ferno appropinquavit: * Domine Pſ. LXIX. 6
ne moreris; *vita mea inferno ap-*
propinquavit.

Eamque ſibi mereri, velle ſe profitetur,

* Deus Judex juſtus, fortis, Pſ. VII. 12
& patiens.
* Sed quia patiens Dominus Iudith. VIII. 14
eſt, in hoc ipſo pœniteamus,
& indulgentiam ejus fuſis la-
crimis poſtulemus: * non enim 15
quaſi homo, ſic Deus commina-
bitur, neque ſicut filius hominis
ad iracundiam inflammabitur.

16 * Et ideò humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu conſtituti humiliato, ſervientes illi,
17 * dicamus flentes Domino, ut ſecundum voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcum miſericordiam ſuam.
20 * Expectemus humiles conſo-
Ion. III. 9 lationem ejus.* Quis ſcit ſi convertatur, & ignoſcat Deus: & revertatur à furore iræ ſuæ, &
Judith. VII. 23 non peribimus? * Expectemus à
24 Domino miſericordiam; * forſitan enim indignationem ſuam
Ioel. II. 13 abſcindet. * Benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper
14 malitia. * Quis ſcit ſi convertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem.

Licèt incertus an ſit illam impetraturus.





III. MEDITATIO.

De multitudine peccatorum.

Ad præparationem confessionis generalis.

I. PUNCTUM.

Examen conscientiæ ad confessionem.

Peccator sistit se præsentem Deo:

*SCrutemur vias nostras, & quæramus, & revertamur ad Dominum; * levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos. Thr. III. 40, 41

Sentit difficultatem hujus examinis:

* Delicta quis intelligit?* Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diversa rapitur, * testimonium reddente conscientia, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus: * circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, *& non potui ut viderem*: * meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum

Ps. XVIII. 13; Job. XX. 2; Rom. II. 15; Ps. XXXIX. 13; Ps. LXXVI. 7

meum : *& non potui ut vide-*
rem.

Jer. xvii. 9 * Pravum eſt cor omnium , Ad quod ag-
& inſcrutabile : quis cognoſ- noſcit neceſ-
10 cet illud ? * Dominus ſcrutans ſitatem ſuper-
Heb. iv. 12 cor; * vivus eſt enim ſermo Dei, næ opis.
& efficax, & penetrabilior om-
ni gladio ancipiti : & pertin-
gens uſque ad diviſionem ani-
mæ ac ſpiritûs, compagum quo-
que ac medullarum, & diſcre-
tor cogitationum & intentio-
13 num cordis : * & non eſt ulla
creatura inviſibilis in conſpectu
ejus : omnia autem nuda & a-
perta ſunt oculis ejus , ad quem
nobis ſermo.

Pſ. lxviii. 6 * Deus, tu ſcis inſipientiam Illam petit
meam : & delicta mea à te non enixè.
Job. xiv. 16 ſunt abſcondita ; * tu quidem
17 greſſus meos dinumeraſti : * ſi-
gnaſti quaſi in ſacculo delicta
mea.

Pſ. xvii. 29 * Deus meus illumina tene-
Pſ. xii. 4 bras meas : * illumina oculos
meos , ne unquam obdormiam
Job. xiii. 22 in morte. * *Reſponde mihi,* * *quan-*
23 *tas habeo iniquitates & peccata,*
ſcelera mea & delicta oſtende
mihi.

Iſai. xxxviii. 14 * Attenuati ſunt oculi mei,

ſuſpicientes in excelſum. Domine vim patior, reſponde pro me.
* *Quid dicam, aut quid reſpon- 15
debit mihi?* Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine
animæ meæ. * Corripies me & 16
vivificabis me.

Tum ad ſe reverſus, excutit cõſcientiam per ſingula peccata. *Quod alio tempore diligentiùs præſtandum erit pro neceſſitate cujuſque.*

Reſponde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta oſtende mihi.

Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi?

* Interroga teipſum. Eccli. XVIII. 20

* *Tu noſti omne malum, cujus tibi conſcium eſt cor tuum.* III. Reg. II. 44

* Ab intus enim de corde ho- Marc. VII. 21
minum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicatio-
nes, homicidia, * furta, avaritiæ, 22
nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia.

* Furtum & fictio, corruptio Sap. XIV. 25
& infidelitas, turbatio & perjurium, tumultus bonorum,
* Dei immemoratio, animarum 26
inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ,

* Veneficia, inimicitiæ, con- Gal. V. 20

tentiones, æmulationes, iræ,
21 rixæ, dissensiones, sectæ, * in-
vidiæ, homicidia, ebrietates,
comessationes, & his similia.

Tu nosti omne malum, cujus
II. Pet. II. 14 *tibi conscium est cor tuum :* * cor
Jer. V. 23 exercitatum avaritiâ : * cor in-
Dan. IV. 13 credulum : * cor feræ.

II. Pet. II. 14 *Tu nosti omne malum,* * Ocu-
los plenos adulterii, & inces-
Gal. V. 16 sabilis delicti, * desideria car-
Rom. I. 26 nis, * passiones ignominiæ, * re-
28 probum sensum.

Eccle. VII. 23 * Scit conscientia tua, quia
& tu crebrò maledixisti aliis.
Ps. XLIX. 19 * Os tuum abundavit malitiâ :
& lingua tua concinnabat do-
20 los, * sedens adversùs fratrem
tuum loquebaris, & adversùs fi-
lium matris tuæ ponebas scan-
dalum.

Tu nosti omne malum, cujus
Eccle. II. 10 *tibi conscium est cor tuum :* * Om-
nia, quæ desideraverunt oculi
mei, non negavi eis, nec pro-
hibui cor meum, quin omni vo-
luptate frueretur.



II. Punctum.

Variæ dispositiones ad confessionem.

Prima dispositio.

Humilis agnitio peccatorum.

* Dicit Dominus: * Hæc est via tua ab adolescentia tua. — Jer. xxii. 18, 21

* Apparuit ignominia tua : — xiii. 26
* completa est iniquitas tua : — Thr. iv. 22
discooperuit peccata tua.

* Iniquitatem meam ego cognosco : — Ps. l. 5

* Peccavi Domino : — II. Reg. xii. 13

* Pater, peccavi in cælum, & coram te: — Luc. xv. 18

* Tibi soli peccavi: — Ps. l. 6

* Peccavi nimis : — I. Par. xxi. 8

* Homo peccator sum, Domine, — Luc. v. 8
* ab infantia* assiduus in malis : — Marc. ix. 20; Eccli. xii. 3
* vir sanguinum, & vir Belial, — II. Reg. xvi. 7
* animalis homo, — I. Cor. ii. 14
* comparatus jumentis insipientibus, & similis factus illis. — Ps. xlviii. 13

Secunda

Secunda diſpoſitio.

Salutaris peccatorum pudor.

Job. VII. 20 * *PEccavi, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum?* Quare
poſuiſti me contrarium tibi, &
factus ſum mihimetipſi gravis?
1 * Tædet animam meam vitæ
Pſ. XLIII. 16 meæ.* Tota die verecundia mea
contra me eſt, & confuſio fa-
ciei meæ cooperuit me.
Pſ. XXXVII. 4 * Non eſt ſanitas in carne mea
à facie iræ tuæ: non eſt pax oſ-
ſibus meis à facie peccatorum
5 meorum: * quoniam iniquita-
tes meæ ſupergreſſæ ſunt caput
meum, & ſicut onus grave gra-
vatæ ſunt ſuper me.
1. Eſd. 9. 6 * Deus meus confundor &
erubeſco levare faciem meam ad
te: quoniam delicta noſtra cre-
Dan. IX. 7 verunt uſque ad cælum.* Tibi
Domine juſtitia: nobis autem
8 confuſio faciei; * Domine nobis
9 confuſio: * tibi autem Domino
Deo noſtro miſericordia & pro-
pitiatio.

Tertia dispositio.

Certa voluntas rite confitendi peccata.

P*Eccavi, quid faciam?*
* Qui abscondit scelera Prov. xxviii.
sua, non dirigetur: qui autem 13
confessus fuerit, & reliquerit
ea, misericordiam consequetur.
* Dixi: Confitebor adversùm Ps. xxxi. 5
me injustitiam meam.
Pro anima tua non confundaris dicere verum; est enim con- Eccli. iv. 24
fusio adducens peccatum, & est 25
confusio adducens gloriam &
gratiam.* Deus superbis resistit, Iac. iv. 6
humilibus autem dat gratiam.
* Si confiteamur peccata nostra; I. Ioan. i. 9
fidelis est, & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

Quarta dispositio.

Integra pœnitentia peccatorum ex omni parte.

P*Eccavi*, * idcirco ipse me Iob. xlii. 6
reprehendo:* insipienter egi. I. Par. xxi. 8
Peccavi,* & idcirco tæduit Eccle. ii. 17
me vitæ meæ: * unde cessavi, 20
renuntiavitque cor meum.

Ier. XXIII. 9 *Peccavi,* * Contritum eſt cor
meum in medio mei, contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino à facie Domini.

Peccavi, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum?

Pſ. L. 19 * Cor contritum & humilia-
Dan. III. 41 tum Deus non deſpicies. * Et
nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.

Iudic. X. 15 *Peccavi,* * Redde tu nobis
quidquid tibi placet: tantùm
Iob. XLII. 6 tunc libera nos. * Ipſe me re-
prehendo, & ago pœnitentiam
Matth. II. 21 in favilla & cinere, * in cili-
Joël. II. 12 cio, * in jejunio & in fletu.*Ca-
I. Cor. IX. 27 ſtigo corpus meum, & in ſer-
vitutem redigo.

Pſ. LXXVI. 11 * Et dixi: Nunc cœpi: Hæc mutatio dexteræ Excelſi.

Quinta diſpoſitio.

Fervens deprecatio pro peccatis.

PEccavi, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum?

Iſai. XXXVIII. 15 * Recogitabo tibi omnes an-
nos meos in amaritudine ani-

mæ meæ : * memoriâ memor Thr. III. 20
ero, & tabeſcet in me anima
mea. * Tu autem Deus noſter Sap. XV. 1
ſuavis & verus es, patiens, &
in miſericordia diſponens om-
nia. * Ne memineris iniquita- Pſ. LXXVIII. 8
tum noſtrarum antiquarum, ci-
tò anticipent nos miſericordiæ
tuæ : quia pauperes facti ſumus
nimis. * Adjuva nos Deus ſalu- 9
taris noſter : & propter gloriam
nominis tui Domine libera nos:
& propitius eſto peccatis noſtris,
propter nomen tuum.

* Reminiſcere miſerationum Pſ. XXIV. 6
tuarum Domine, & miſericor-
diarum tuarum, quæ à ſæculo
ſunt. * Delicta juventutis meæ, 7
& ignorantias meas ne memi-
neris. Secundùm miſericordiam
tuam memento mei tu, propter
bonitatem tuam Domine.

Peccavi. *Quantas habeo ini- Iob. XIII. 23
quitates ! * Multiplicatæ ſunt Pſ. XXXIX. 13
ſuper capillos capitis mei. * Tu Pſ. XL. 11
autem Domine miſerere mei.
* Miſerere mei Deus ſecundùm Pſ. L. 3
magnam miſericordiam tuam :
& ſecundùm multitudinem mi-
ſerationum tuarum dele iniqui-
tatem meam.

Pſ. vi. 9 *Peccavi, quid faciam?* * Di-
ſcedite à me omnes qui opera-
mini iniquitatem: quoniam e-
xaudivit Dominus vocem fletûs
Pſ. xxxix. 12 mei. * Tu autem, Domine, ne
longè facias miſerationes tuas à
me.

Peccavi, quid faciam tibi?
Ioſue. vii. 6 * Et quid facies magno nomini
Pſ. l. 11 tuo? * Averte faciem tuam à
peccatis meis: & omnes iniqui-
Pſ. xvi. 9 tates meas dele. * Ne avertas fa-
Pſ. xxiv. 16 ciem tuam à me. * Reſpice in
me, & miſerere mei: quia uni-
17 cus & pauper ſum ego. * Tribu-
lationes cordis mei multiplica-
tæ ſunt: de neceſſitatibus meis
18 erue me. * Vide humilitatem
meam, & laborem meum: &
dimitte univerſa delicta mea.
19 * Reſpice inimicos meos quo-
niam multiplicati ſunt, & odio
Pſ. liii. 7 iniquo oderunt me. * Diſperde
Job. xvii. 3 illos. * Libera me, & pone me
juxta te, & cujuſvis manus pu-
Pſ. lxxxiii. 10 gnet contra me. * Protector no-
ſter aſpice Deus: & reſpice in
Gal. ii. 20 faciem Chriſti tui, * qui dilexit
me, & tradidit ſemetipſum pro
me.

Peccavi, quid faciam tibi?

*Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? *Obſecro, aufer iniqui- tatem ſervi tui: * & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. — Job. VII. 21 — I. Par. XXI. 8 — Pſ. L. 13

Peccavi, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum?

O cuſtos hominum, * cuſtodi animam meam. — Pſ. LXXXV. 2

O cuſtos hominum, *à reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, ut pupillam oculi. — Pſ. XVI. 8

O cuſtos hominum, * da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam: & cuſtodiam illam in toto corde meo. — Pſ. CXVIII. 34

O cuſtos hominum, * cuſtodi in æternum hanc voluntatem cordis, & ſemper in venerationem tui, mens iſta permaneat. — I. Par. XXIX. 18





QUATUOR MEDITATIONES DE MORTE.

PRIMA MEDITATIO.

De prima mortis certitudine.

PRIMUM PUNCTUM.

Certum est te esse moriturum.

Eccli. xvii. 29 * ON est immortalis filius hominis: *quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet. * Ipsi in nobismetipsis responsum mortis habemus; * corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam. * Omne corruptibile in fine

Ps. cii. 16

II. Cor. i. 9

Sap. ix. 15

Eccli. xiv. 20

Tria sunt hujus veritatis principia.

Primum. Ratio naturalis quæ probat,

Id omne quod est corruptioni obnoxium, corrumpendum esse.

deficiet. * Mons cadens defluit, Job. xiv. 18
& saxum transfertur de loco
suo. * Lapides excavant aquæ, 19
& alluvione paulatim terra con-
sumitur. * Quantò magis hi qui iv. 19
habitant domos luteas, qui ter-
renum habent fundamentum,
consumentur? * Mors necesse est Heb. ix. 16
intercedat, * terrestris domus II. Cor. v. 1
nostra hujus habitationis dissol-
vatur.

* Omnis caro sicut fœnum ve- Eccli. xiv. 18
terascet, & sicut folium fructi-
ficans in arbore viridi. * Alia 19
generantur, & alia dejiciuntur:
sic generatio carnis & sangui-
nis, alia finitur, & alia nasci-
tur. * Omne opus corruptibile 20
in fine deficiet.* Omnia quæ de xl. 11
terra sunt, in terram converten-
tur. * Omnia tempus habent, Eccle. iii. 1
& suis spatiis transeunt univer-
sa sub cælo. * Tempus nascen- 2
di, & tempus moriendi.

* *Statutum est hominibus se-* Hebr. ix. 27
mel mori.

Secundum. Fides quæ docet Deum sententiam mortis in omnes homines tulisse.

* Deus creavit hominem in- Sap. ii. 23
exterminabilem, & ad imagi-
nem similitudinis suæ fecit il-
lum: * invidiâ autem diaboli 24
mors intravit in orbem terra-
rum.

I. 13 * Deus mortem non fecit, nec
lætatur in perditione vivorum ;
14 * creavit enim, ut essent omnia : & sanabiles fecit nationes
orbis terrarum : & non est in
illis medicamentum exterminii,
15 nec inferorum regnum in terra ;
16 * justitia enim perpetua est, &
immortalis. * Impii autem manibus & verbis accersierunt illam, & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam : quoniam digni qui sint ex parte illius.

Gen. III. 13 * *Dixit Dominus Deus* * A-
17 dæ : Quia audisti vocem uxoris
tuæ, & comedisti de ligno, ex
quo præceperam tibi ne comede-
19 res, * in sudore vultûs tui vescêris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es : quia pulvis es, & in pulverem revertêris.

Rom. V. 12 * Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

Statutum est hominibus semel mori. Dixit Dominus Deus.

Ps. LXXXVIII. 49 * Quis est homo qui vivet, & Tertium. Experimentum

evidens quæ habetur de morte omniũ hominum.

non videbit mortem ? * Nemo Eccle.ix. 4
est qui semper vivat, & qui hu-
jus rei habeat fiduciam.* Non est viii. 8
in hominis potestate prohibere
spiritum, nec habet potestatem

Ex his tribus principiis homo certissimã animo repræsentat mortem.

in die mortis.* Unus ergo introi- Sap. vii. 6
tus est omnibus ad vitam, & si-
milis exitus.

* *Sum quidem & ego morta-* 1
lis homo, similis omnibus. * Do- Eccli. xxiii. 1
mine pater, & dominator vitæ
meæ, * *scio* quia morti trades Job.xxx. 23
me, ubi constituta est domus
omni viventi.

Scio ego mortalis homo simi-
lis omnibus, * qui quasi putredo xiii. 28
consumendus sum, & quasi ve-
stimentum quod comeditur à
tinea.

Scio : * omnes morimur, & II. Reg. xiv.
quasi aquæ dilabimur in terram, 14
quæ non revertuntur.

Scio : * quotidie morior. I. Cor. xv. 31

Scio : * ecce enim breves an- Iob. xvi. 23
ni transeunt, & semitam, per
quam non revertar, ambulo.
* Spiritus meus attenuabitur, xvii. 1
dies mei breviabuntur, & solùm
mihi superest sepulchrum. * Re- Iudic. xvi. 17
cedet à me fortitudo mea, &
deficiam, *eróque sicut cæteri ho-*
mines.

Eróque sicut cæteri homines,
I. Mac. II. 62 * stercus & vermis. * Putredini
Iob. XVII. 14 dixi: Pater meus es, mater mea,
& soror mea, vermibus.
Eróque sicut cæteri homines,
Eccli. XLIV. 9 * quorum non est memoria.
Eróque sicut cæteri homines,
Ps. XXXVIII. 14 * & ampliùs non ero.
I. Cor. XI. 14 *Scio:* * Ipsa natura docet:
Heb. XI. 3 * Fide intelligimus:
Gen. XXX. 27 * Experimento didici.

II. PUNCTUM.

Variæ conclusiones eliciendæ ex hac veritate,

Pro vario meditantium statu.

Iob. XXXIV. 15 * DEficiet omnis caro simul, & homo in cinerem re-
16 vertetur; * *Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur.*

Concludit senex,

Qui parum hactenus cogitavit de morte.

SI habes ergo intellectum, audi
Philip. IV. 5 *quod dicitur:* * Dominus propè est.

Concludit ex mortis vicinitate, quam ſibi non debet diſſimulare,

* Adhuc modicum aliquan- Heb. x. 37
tulum, qui venturus eſt, veniet,
& non tardabit : * propè eſt in Matth. xxiv. 33
januis.

* Non ætati noſtræ dignum II. Mac. vi. 24
eſt fingere. * Rugæ meæ teſti- Job. xvi. 9
monium dicunt contra me ;*cu- vii. 5
tis mea aruit, & contracta eſt ;
* caligavit ab indignatione ocu- xvii. 7
lus meus, & membra mea quaſi
in nihilum redacta ſunt ; * lu- Thr. iv. 18
bricaverunt veſtigia noſtra in
itinere platearum noſtrarum ;
appropinquavit finis noſter,
completi ſunt dies noſtri, quia
venit finis noſter. * Uno tan- I. Reg. xx. 3
tùm, (ut ita dicam) gradu, ego
mórſque dividimur.

renuntiandum eſſe omnibus negotiis hujus vitæ, ex qua nihil ſibi ſuperſit præter ſepulchrum,

* Unde ceſſavi, renuntiavít- Eccle. ii. 20
que cor meum ultra laborare
ſub ſole.

* Solùm mihi ſupereſt ſepul- Job. xvii. 1
chrum. * Quid habet ampliùs Eccle. iii. 9
homo de labore ſuo ?

* Dies mei velociùs tranſie- Job. vii. 6
runt, quàm à texente tela ſuc-
ciditur, & conſumpti ſunt abſ-
que ulla ſpe.

Et ſpem in Deum, cui deinceps vult vivere,

* Et nunc quæ eſt expectatio Pſ. xxxviii. 8
mea? Nónne Dominus ? & ſub-
ſtantia mea apud te eſt.* Deus in Pſ. liii. 3

nomine tuo ſalvum me fac.

Iſai. xxxviii. 10 * Quæſivi reſiduum annorum,
Gal. ii. 19 meorum, * ut Deo vivam.
Job. xiv. 14 * Cunctis diebus quibus nunc Parando ſe ad mortem cũ fiduciadivinæ miſericordiæ.
milito, expecto donec veniat
15 immutatio mea.* Vocabis me, &
ego reſpondebo tibi: operi ma-
nuum tuarum porriges dexte-
16 ram. * Tu quidem greſſus meos
dinumeraſti, ſed parce peccatis
meis.

Concludit ſenex,

Qui conſenuit in peccatis ſuis.

SI *habes ergo intellectum, au-* Toto cogitat animo de ſalutis æternæ periculo, in quo verſatur,
Iſai. lvii. 6 *di quod dicitur:* * Hæc eſt
Prov. xxii. 6 ſors tua.* Adoleſcens juxta viam
ſuam, etiam cùm ſenuerit, non
Job. xx. 11 recedet ab ea. * Oſſa ejus im-
plebuntur vitiis adoleſcentiæ e-
jus, & cum eo in pulvere dor-
Iſai. lxv. 20 mient. * Puer centum annorum
morietur, & peccator centum
Eccli. xiii. 16 annorum maledictus erit.* Cave
Dan. xii. 7 tibi; * complebuntur univerſa
hæc.

Eccli. iii. 27 *Audi quod dicitur:* *Cor du-
rum habebit malè in noviſſimo:
& qui amat periculum, in illo
peribit.

Et de stultitia sua.

Audi quod dicitur : * Tres xxv. 3
species odivit anima mea, & ag-
gravor valde animæ illorum ,
* pauperem superbum , divitem 4
mendacem , senem fatuum &
insensatum.

Audi , * inveterate dierum Dan. xiii. 52
malorum.* Stulte,hac nocte ani- Luc. vii. 20
mam tuam repetunt à te : quæ
autem parasti , cujus erunt ?

Agnoscit necessitatẽ pœnitentiæ ante mortem,

*Si habes ergo intellectum,** con- Eccli.xvii. 21
vertere ad Dominum , & relin-
que peccata tua. * In partes vade 25
sæculi sancti, cum vivis & dan-
tibus confessionem Deo. * Non 26
demoreris in errore impiorum ,
ante mortem confitere. A mor-
tuo quasi nihil , perit confessio.
* Confiteberis vivens , vivus & 27
sanus confiteberis , & laudabis
Deum , & gloriaberis in mise-
rationibus illius.

Eamque promittit promptam.

* Ergo dum tempus habemus , Gal. xi. 10
operemur bonum:* & vivat ani- Gen. xii. 13
ma mea. * Ut jam non desideriis I. Petr. iv. 2
hominum , sed voluntati Dei ,
quod reliquum est in carne vivat
temporis. * Sufficit enim præte- 3
ritum tempus ad voluntatem
gentium consummandam.

Concludit homo,

qui timet mortem, ejusque memoriam fugit.

SI habes ergo intellectum, audi quod dicitur.

Eccli. XLI. 5 * *Noli metuere judicium mortis.* Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superventura sunt tibi, hoc judicium à Domino
6 omni carni. * Et quid superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem, sive centum,
7 sive mille anni; * non est enim in inferno accusatio vitæ.

Damnat in se ipso timorem mortis. tum quia mors est communis omnibus,

Noli timere judicium mortis.
Ps. LXXXIX. 9 * Anni nostri sicut aranea medi-
10 tabuntur. * Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni; si autem in potentatibus octoginta anni: & ampliùs eorum, labor & dolor.

tum quia privat tantùm eos vitâ brevi & miserâ.

Ps. XXXIII. 13 * Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?
Deut. XVIII. 11 * Quærat à mortuis veritatem.
Job. XXI. 32 * Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.

Agnoscit, & ipse sibi commendat utilitatem quam habet freques mortis memoria,

Heb. XI. 4 *Audi quod dicitur,* * Defun-
Eccli. XXXVIII. 23 ctus adhuc loquitur: * Memor

esto judicii mei : sic enim erit &
tuum ; mihi heri, & tibi hodie.

ad contemnendum mũdi
Si habes ergo intellectum, * memor esto quoniam mors non tardat. xiv. 12

Audi quod dicitur.

divitias,
* En morior, quid mihi proderunt primogenita ? Gen. xxv. 32

voluptates,
* Gustans gustavi paululum mellis, & ecce ego morior. I. Reg. xiv. 43

& gloriam ;
* Si unus & stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest quòd majorem sapientiæ dedi operam ? Eccle. ii. 15

ad vitandum peccatum,
Si habes ergo intellectum, * in omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis. Eccli. vii. 40

ad disponenda negotia,
* Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives. Isai. xxxviii. 1

ad exercenda opera charitatis & justitiæ,
* Ante mortem benefac amico Eccli. xiv. 13
tuo, & secundùm vires tuas exporrigens da pauperi. * Non de- 14
frauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat.
* Nonne aliis relinques dolores 15
& labores tuos in divisione sortis ? * Da, & accipe, & justi- 16
fica animam tuam. * Ante obi- 17
tum tuum operare justitiam :
quoniam non est apud inferos

Eccle. ix. 10 invenire cibum. * Quodcumque
facere poteſt manus tua, inſtan-
ter operare: quia nec opus, nec
ratio, nec ſapientia, nec ſcien-
tia erunt apud inferos, quò tu
properas.

Concludit juvenis,

qui etiam ex hypotheſi diuturnæ vitæ, virtutem amplectitur.

SI habes ergo intellectum, audi quod dicitur.

Eccle. xi. 7 * Dulce lumen & delectabile Humanarum rerum vanitas,
8 oculis videre ſolem. * Si annis
multis vixerit homo, & in his
omnibus lætatus fuerit, memi-
niſſe debet tenebroſi temporis,
& dierum multorum: qui cùm
venerint, vanitatis arguentur
præterita.
9 * Lætare juvenis in adoleſ- Ratio Deo reddenda de earum uſu.
centia tua, & in bono ſit cor
tuum in diebus juventutis tuæ,
& ambula in viis cordis tui, &
in intuitu oculorum tuorum: &
ſcito quòd pro omnibus his ad-
ducet te Dominus in judicium.
10 * Aufer iram à corde tuo, &
amove malitiam à carne tua. A-
doleſcentia enim & voluptas va-
na ſunt.

Impotentia senectutis ad serviendum Deo, sive propter hujus ætatis incommoda,

XII. 1 * *Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ*, ante-
quam veniat tempus afflictionis,
& appropinquent anni, de qui-
bus dicas: Non mihi placent.
* Antequam tenebrescat sol, 2
& lumen, & luna, & stellæ, &
revertantur nubes post pluviam.
* Quando commovebuntur 3
custodes domûs, & nutabunt
viri fortissimi, & otiosæ erunt
molentes in minuto numero, &
tenebrescent videntes per fora-
mina.
* Et claudent ostia in platea, 4
in humilitate vocis molentis, &
consurgent ad vocem volucris;
& obsurdescent omnes filiæ car-
minis.
* Excelsa quoque timebunt, & 5
formidabunt in via, florebit
amygdalus, impinguabitur lo-
custa, & dissipabitur capparis:
quoniam ibit homo in domum
æternitatis suæ, & circuibunt
in platea plangentes.
* Antequam rumpatur funicu- 6
lus argenteus, & recurrat vitta
aurea, & conteratur hydria su-
per fontem, & confringatur ro-
ta super cisternam.

7 * Et revertatur pulvis in terram
ſuam unde erat, & ſpiritus re-
deat ad Deum, qui dedit illum.
Memento creatoris tui in diebus Sive propter defectum bonorum habituum.
Eccli xxv, 5 *juventutis tuæ.* * Quæ in juven-
tute tua non congregaſti, quo-
modo in ſenectute tua invenies.



II. MEDITATIO.

De ſecunda mortis certitudine.

I. Punctum.

Certum eſt, te ſemel tantùm moriturum eſſe.

Job. xiv. 14 * PUtáſne mortuus homo rur- Cùm homo mortuus non reviviſcat, neque bis moriatur.
Sap. xvi. 14 ſum vivat? * Cùm exierit
ſpiritus, non revertetur.
Job. vii. 9 * Sicut conſumitur nubes, &
pertranſit: ſic qui deſcenderit ad
10 inferos, non aſcendet. * Nec re-
vertetur ultrà in domum ſuam,
neque cognoſcet eum ampliùs
locus ejus.
xiv. 7 * Lignum habet ſpem: ſi præ-
ciſum fuerit, rurſum vireſcit,
8 & rami ejus pullulant. * Si ſe-
nuerit in terra radix ejus, & in
pulvere emortuus fuerit truncus

illius, * ad odorem aquæ ger- 9
minabit, & faciet comam qua-
si cùm primùm plantatum est.
* Homo vero cùm mortuus fue- 10
rit, & nudatus, atque consum-
ptus, ubi quæso est?
* Quomodo si recedant aquæ 11
de mari & fluvius vacuefactus
arescat: * sic homo cùm dormie- 12
rit, non resurget; donec attera-
tur cælum, non evigilabit, nec
consurget de somno suo. * Um- Sap. II. 5
bræ transitus est tempus no-
strum, & non est reversio finis
nostri: quoniam consignata est,
& nemo revertitur. * Si cecide- Eccle. XI. 3
rit lignum ad Austrum, aut ad
Aquilonem, in quocumque loco
ceciderit, ibi erit.

II. Punctum.

Ejusdem veritatis ratio redditur.

Ratio est divinæ justitiæ lex,

* S*Tatutum est hominibus semel mori.* Heb. IX. 27

Semel; * ista est enim lex A- II. Reg. VII. 19
dam: * ista est lex hominis qui Num. XIX. 14
moritur.

A qua ut liberentur mor-

* Magnus es Domine in æter- Tob. XIII. 1

num, & in omnia sæcula regnum tuum; * quoniam tu flagellas, & salvas: deducis ad inferos, & reducis.

2 gnum tuum; * quoniam tu fla-

tui, nihil debent expectare,

Ps. LXXXVII. 11 * Numquid mortuis facies mirabilia?

sive à Deo, sive à medicis,

Aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

12 * Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

sive à Ministris Ecclesiæ,

13 * Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & justitia tua in terra oblivionis?

sive à se ipsis,

Ezec. XXXVII. 11 * Ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus.

III. Punctum.

Hujus veritatis consequentia.

Statutum est hominibus semel mori.

Semel; Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur: * Mors
Ps. XXXIII. 22 peccatorum pessima. * Veniat
Ps. LIV. 16 mors super illos: & descendant in infernum viventes.

Prima consequentia, mortis peccatorum infelicitas.

Ps. IX. 17 * Cognoscetur Dominus judicia faciens.

Qualem audivimus & vidimus in multis:

* Quanta audivimus & co- Pſ. LXXVII. 3
gnovimus ea ?
* In operibus manuum ſua- Pſ. IX. 17
rum comprehenſus eſt peccator.
* Ecce mortuus eſt in iniquitate Ezec. XVIII. 18
ſua.
* Mortuus eſt dives, & ſepul- Luc. XVI. 22
tus eſt in inferno.
* Occluſum eſt os ejus, & diſ- I. Mac. IX. 55
ſolutus eſt paralyſi: nec ultrà po-
tuit loqui verbum, & mandare
de domo ſua, * & mortuus eſt 56
cum tormento magno.
* Servi ejus percuſſerunt eum, IV. Reg. XII. 21
& mortuus eſt.
* Occiſa eſt gladio. XI. 20
* Videntes quòd nullus ape- Judic. III. 25
riret, tulerunt clavem : & ape-
rientes invenerunt dominum
ſuum in terra jacentem mor-
tuum.
*Occiſus eſt cum Madianitide. Num. XXV. 14
* Mortuus eſt * in peccatis ſuis. III. Reg. XVI. 18 19
* Audivi frequenter talia. Job. XVI. 2
Putáſne mortuus homo rurſum
vivat ? *Non eſt reverſio.* Non Sap. II. 5 Pſ. CXIII. 17
mortui laudabunt te Domine :
neque omnes qui deſcendunt in
infernum. **Sed nos qui vivimus,* 18
benedicimus Domino, ex hoc nunc
& uſque in ſæculum.

& à qua nos ſola poteſt liberare pœnitentia.

Bar. II. 12 *Benedicimus Domino.* * Pec-
cavimus, impiè egimus, iniquè
gessimus, Domine Deus noster,
13 in omnibus justitiis tuis: * aver-
16 tatur ira tua à nobis. * Respice
Domine de domo sancta tua in
nos, & inclina aurem tuam, &
17 exaudi nos. * Aperi oculos tuos,
& vide: quia non mortui, qui
sunt in inferno, quorum spiritus
acceptus est à visceribus suis, da-
bunt honorem & justificatio-
18 nem Domino; * sed anima, quæ
tristis est super magnitudine ma-
li, & incedit curva, & infirma,
& oculi deficientes, & anima
esuriens dat tibi gloriam & ju-
stitiam Domino.

Statutum est hominibus semel mori. Secunda consequentia, Justorum mortis felicitas;

Semel; Si habes ergo intelle-
Apoc. XIV. 13 *ctum, audi quod dicitur:* * Beati
mortui, qui in Domino moriun-
tur. Amodo jam dicit spiritus,
ut requiescant à laboribus suis;
opera enim illorum sequuntur
illos.

Ps. CXV. 15 * *Pretiosa in conspectu Domi-
ni mors sanctorum ejus.*

Job. VI. 8 * Quis det ut veniat petitio
mea: & quod expecto, tribuat

mihi Deus ? * Moriatur anima Num. XXIII. 10
mea morte justorum, & fiant
novissima mea horum similia.

ad quam sola vita Christiana nos deducere potest.

* Confortare igitur, & esto Josue. I. 7
robustus valde: ut custodias &
facias omnem legem; * ut am- Prov. II. 20
bules in via bona: & calles ju-
storum custodias;

* *Quia pro anima res est.* I. Mac. XII. 51

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus;


Quia pro anima res est.

Statutum est hominibus semel
mori; * Ergo dum tempus habe- Gal. VI. 10
mus, operemur bonum;

Quia pro anima res est.

* Abnegantes impietatem, & Tit. II. 12
sæcularia desideria, sobriè, &
justè, & piè vivamus in hoc sæ-
culo, * expectantes beatam spem, 13
& adventum gloriæ magni Dei
& Salvatoris nostri Jesu Christi;

Quia pro anima res est.



TERTIA



TERTIA MEDITATIO.

Incertum est quando sis moriturus.

I. PUNCTUM.

Exponitur hæc veritas per colloquium hominis & Christi.

Homo.

Sap. XVI. 13 * DOmine, qui vitæ & mor-
tis habes potestatem, &
deducis ad portas mortis & re-
Job. XIV. 5 ducis, * breves dies hominis
sunt, numerus mensium ejus
apud te est: constituisti ter-
minos ejus, qui præteriri non
Ps. XXXVIII. 5 poterunt. * Notum fac mihi Do-
mine finem meum, & numerum
dierum meorum quis est, ut
6 sciam quid desit mihi. * Ecce
mensurabiles posuisti dies meos:
& substantia mea tamquam ni-
hilum ante te.
Job. X. 20 * Numquid non paucitas die-
rum meorum finietur brevi? Di-

Homo ignorans tempus suæ mortis, anxietatem suam exponit Christo, animo quidem, ut videtur, pœnitendi & bene vivendi.

mitte ergo me, ut plangam pau-
lulùm dolorem meum: * ante- 21
quam vadam, & non revertar
ad terram tenebrosam & oper-
tam mortis caligine, * terram 22
miseriæ & tenebrarum, ubi um-
bra mortis, & nullus ordo, sed
sempiternus horror inhabitat.
* Exaudi orationem meam Do- Ps. xxxviii. 13
mine, & deprecationem meam:
auribus percipe lacrimas meas.
Ne sileas, quoniam advena ego
sum apud te & peregrinus, sicut
omnes patres mei.* Remitte mi- 14
hi, ut refrigerer priusquàm ab-
eam, & ampliùs non ero.

Christus hommini declarat rationem hujus ignorantiæ,

Christus.

* Non est vestrûm nosse tem- Act. i. 7
pora vel momenta, quæ Pater
posuit in sua potestate. * De die Marc. xiii. 32
autem illo vel hora nemo scit,
neque angeli in cælo, neque Fi-
lius, nisi Pater.

necessitatem præparandi se vigilanter ad mortem,

* Videte, vigilate, & orate: 33
nescitis enim quando tempus sit;
* sicut homo qui peregrè profe- 34
ctus, reliquit domum suam, &
dedit servis suis potestatem cu-
jusque operis, & janitori præ-
cepit ut vigilet. * Vigilate ergo 35
(nescitis enim quando domi-

minus domûs veniat, sero, an
media nocte, an galli cantu, an
36 manè) : * ne cùm venerit re-
pente, inveniat vos dormientes.
37 * Quod autem vobis dico, om-
Matth.xxv. 13 nibus dico : Vigilate. * Vigilate
itaque, quia nescitis diem, ne-
que horam.
Luc. xii. 40 * Estote parati, quia quâ horâ
non putatis, filius hominis ve-
35 niet. * Sint lumbi vestri præcin- felicitatem eorum qui sic vigilaverint,
cti, & lucernæ ardentes in ma-
36 nibus vestris, * & vos similes
hominibus expectantibus domi-
num suum quando revertatur à
nuptiis : ut cùm venerit, & pul-
saverit, confestim aperiant ei.
37 * Beati servi illi, quos, cùm ve-
nerit Dominus, invenerit vigi-
lantes : amen dico vobis quòd
præcinget se, & faciet illos dis-
cumbere, & transiens ministra-
38 bit illis. * Et si venerit in secun-
da vigilia, & si in tertia vigilia
venerit, & ita invenerit, beati
sunt servi illi.
Matt. xxiv. 48 * Si autem dixerit malus ser- illius autem qui secus egerit, infelicitatem.
vus in corde suo : Moram fa-
49 cit dominus meus venire, * &
cœperit percutere conservos
suos, manducet autem & bibat

cum ebriosis : * veniet Dominus 50
servi illius in die quâ non spe-
rat, & horâ quâ ignorat. * Et 51
dividet eum, partemque ejus
ponet cum hypocritis, illic erit

Denique affirmat se venturum esse ad omnes, ut dominum, qui venit quando vult, nec resistitur illi :

fletus & stridor dentium. * Vigi- 42
late ergo, quia nescitis quâ horâ
dominus vester venturus sit.
* Habeo claves mortis, & in- Apoc. I. 18
ferni ; * aperiet, & non erit Isai. XXII. 22
qui claudat : & claudet, & non
erit qui aperiat.

ad multos, ut furem, qui vult incautos spoliare, & perdere ;

* Illud autem scitote, quoniam Matth. XXIV.
si sciret paterfamilias quâ horâ 43
fur venturus esset, vigilaret uti-
que, & non sineret perfodi do-
mum suam. * Ideo & vos estote 44
parati, quia quâ nescitis horâ
filius hominis venturus est. * Ha- Apoc. I. 18
beo claves mortis & inferni.
* Veniam ad te tanquam fur, & III. 3
nescies quâ horâ veniam ad te.
* Ecce venio sicut fur. Beatus XVI. 15
qui vigilat, & custodit vestimen-
ta sua, ne nudus ambulet, & vi-
deant turpitudinem ejus.

ad aliquos, ut sponsum, qui expectandus est cum fidelitate & amore.

* Simile erit regnum cælorum Matth. XXV. 1
decem virginibus, quæ acci-
pientes lampades suas, exierunt
obviam sponso, & sponsæ.
* Quinque autem ex eis erant fa- 2

3 tuæ, & quinque prudentes:* ſed
quinque fatuæ, acceptis lampa-
dibus, non ſumpſerunt oleum
5 ſecum.* Moram autem faciente
ſponſo, dormitaverunt omnes &
6 dormierunt.* Media autem no-
cte clamor factus eſt: Ecce ſpon-
7 ſus venit, exite obviam ei.* Tunc
ſurrexerunt omnes virgines il-
10 læ,* & quæ paratæ erant intra-
verunt cum eo ad nuptias, &
13 clauſa eſt janua.* Vigilate ita-
que, quia neſcitis diem, neque
horam.

Homo.

Iſai. xxvi. 9 * De manè vigilabo ad te.
Job. xiv. 14 * Cunctis diebus, quibus nunc
milito, expecto donec veniat
15 immutatio mea.* *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi:* operi
manuum tuarum porriges dex-
teram.

Homo vigilantiam promittit, & petit.

Pſ. LXXXVIII. 53 * Fiat, fiat.

Pſ. XII. 4 * Reſpice & exaudi me Do-
mine Deus meus. Illumina ocu-
los meos, ne unquam obdor-
5 miam in morte:* nequando di-
cat inimicus meus: Prævalui ad-
versùs eum.

Vocabis me, & ego reſpondebo:

Mich. VII. 7 * *Expectabo Deum ſalvato-*

rem meum: audiet me Deus meus.

* *Veni Domine Jesu, expe-* Apoc. xxii. 20
ctabo Deum salvatorem meum.

Veni Domine Jesu, * secun- Tob. iii. 6
dùm voluntatem tuam *expe-*
ctabo.

Vocabis me, & ego respondebo
tibi: * Ecce sponsus venit. Matth. xxv. 6

Respondebo tibi: * *Dominus* Mich. vii. 8
lux mea.

* Consurgam, cùm sedero in ibid.
tenebris: *Dominus lux mea.*

Veni Domine Jesu, * secun- Tob. iii. 6
dùm voluntatem tuam fac me-
cum, & præcipe in pace recipi
spiritum meum.

II. Punctum.

Ex ignorantia temporis mortis, sibi fabricantur errorem impii, quo decepti moriuntur improvisò.

In hac terribili ignorantia

* Non est in hominis pote- Eccle. viii. 8
state prohibere spiritum,
nec habet potestatem in die
mortis. * Nescit homo finem ix. 12
suum; sed sicut pisces capiun-
tur hamo, & sicut aves laqueo
comprehenduntur, sic capiun-

tur homines in tempore malo, cùm eis extemplò supervenerit.
Isai. xxviii. * *Propter hoc audite verbum* impii omnes se arbitrantur securos, quasi pactum fecerint cũ morte:
14
15 *Domini viri illusores;* * dixistis
enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cùm transierit, non veniet su-
16 per nos. * *Idcirco hæc dicit Do-*
18 *minus Deus:* * Delebitur fœdus
vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cùm transierit, eritis ei in conculcationem.

Audite verbum Domini viri alii quidem vitam, quam sibi brevem fingunt, voluptatibus impendentes;
Sap. ii. 1 *illusores; dixistis enim:* * Exi-
guum & cum tædio est tempus
6 vitæ nostræ: * venite ergo, &
fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tanquam in juven-
7 tute celeriter; * vino pretioso &
unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis;
8 * coronemus nos rosis, ante-
quam marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat lu-
9 xuria nostra; * nemo nostrûm
exors sit luxuriæ nostræ: ubique relinquamus signa lætitiæ.

Dixistis.

Idcirco hæc dicit Dominus :
* Veniat mors super illos , & Ps. LIV. 16
descendant in infernum viven-
tes.
* Intelligite insipientes in po- Ps. XCIII. 8
pulo , & stulti aliquando sapite.
* Nisi conversi fueritis , gladium Ps. VII. 13
suum vibrabit : arcum suum te-
tendit , & paravit illum ; * & in 14
eo paravit vasa mortis.
Audite verbum Domini , viri
illusores. * Hominis cujusdam Luc. XII. 16
divitis uberes fructus ager attu-
lit : * & cogitabat intra se di- 17
cens : Quid faciam , quia non
habeo quò congregem fructus
meos ? * Et dixit : Hoc faciam : 18
destruam horrea mea , & majo-
ra faciam : & illuc congregabo
omnia quæ nata sunt mihi , &
bona mea. * Et dicam animæ 19
meæ : Anima , habes multa bo-
na posita in annos plurimos , re-
quiesce , comede , bibe, epulare.
* Dixit autem illi Deus : Stulte , 20
hac nocte animam tuam repe-
tunt à te : quæ autem parasti ,
cujus erunt ?

alii vero vitam , quam sibi longiorem promittunt , curis terrenis consumentes :

Audite verbum Domini , viri illusores. Hæc dicit Dominus :
* Ecce venio sicut fur.* Dies Do- Apoc. XVI. 15 I. Thess. V. 2

mini, ſicut fur in nocte, ita ve-
3 niet; * cùm enim dixerint pax,
& ſecuritas, tunc repentinus eis
ſuperveniet interitus, ſicut do-
lor in utero habenti, *& non ef-
fugient. Audite, viri illuſores:
Et non effugient.*

Gal. III. 1 * O inſenſati, quis vos faſcina-
Jer. XLII. 20 vit non obedire veritati? * De-
Joan. VIII. 24 cepiſtis animas veſtras, * morie-
mini in peccatis veſtris.

I. Theſſ. V. 4 * Vos autem non eſtis in te-
nebris, ut vos dies illa tanquam
5 fur comprehendat; * omnes e-
nim vos filii lucis eſtis, & filii
diei: non ſumus noctis neque
6 tenebrarum. * Igitur non dor-
miamus ſicut & cæteri, ſed vi-
7 gilemus, & ſobrii ſimus. * Qui
enim dormiunt, nocte dormiunt:
& qui ebrii ſunt, nocte ebrii
8 ſunt; * nos autem qui diei ſu-
mus, ſobrii ſimus, induti lori-
cam fidei & charitatis, & ga-
9 leam ſpem ſalutis: * quoniam
non poſuit nos Deus in iram,
ſed in acquiſitionem ſalutis per
Dominum noſtrum Jeſum Chri-
10 ſtum, * qui mortuus eſt pro no-
bis: ut ſive vigilemus, ſive dor-
miamus, ſimul cum illo vivamus.

unde concluditur, fideles Chriſtianos qui filii ſunt lucis, vigilare debere, ne improviſò moriantur.



IV. MEDITATIO.

Mortem esse regulam judicii nostri in æstimandis rebus humanis.

I. Punctum.

Primus hujus regulæ usus.

Mors est magistra sapientiæ;

* SApientia ubi invenitur? & Job.xxviii.12
quis est locus intelligentiæ?
* Nescit homo pretium ejus, nec 13
invenitur in terra suaviter viven-
tium. * Perditio & mors dixe- 22
runt: Auribus nostris audivimus
famam ejus. * *O mors, bonum est* Eccli. xli. 3
judicium tuum!

& vanitatem hominis arguit; separat enim illum ab hoc mundo universè.

* Si annis multis vixerit ho- Eccle. xi. 8
mo, & in his omnibus lætatus
fuerit, meminisse debet tene-
brosi temporis, & dierum mul-
torum: qui cùm venerint, *va-
nitatis arguentur præterita.*

* Homo natus de muliere, Job. xiv. 1
brevi vivens tempore, repletur
multis miseriis: * & nescit quòd Eccli. xi. 20
tempus præteriet, & mors ap-
propinquet, & relinquat omnia
aliis, & morietur.

I. Reg. xv. 32 ** Siccine separat amara mors ?*
O mors, bonum est judicium tuum !
Vanitatis arguentur præterita.

II. Punctum.

Secundus regulæ usus.

Mors separat ab omni bono jucundo.

Job. xxi. 7 * IMpii vivunt, sublevati sunt, confortatique divi-
8 tiis. * Semen eorum permanet
coram eis, propinquorum turba & nepotum in conspectu eo-
9 rum. * Domus eorum securæ
sunt & pacatæ, & non est vir-
10 ga Dei super illos. * Bos eorum
concepit, & non abortivit:
vacca peperit, & non est privata
11 fœtu suo. * Egrediuntur quasi
greges parvuli eorum, & infan-
12 tes eorum exultant lusibus. * Te-
nent tympanum & citharam,
& gaudent ad sonitum organi.
13 * Ducunt in bonis dies suos, &
in puncto ad inferna descen-
dunt.

Siccine separat amara mors ?
O mors, bonum est judiciũ tuũ !
Vanitatis arguentur præterita.

III. Punctum.

Tertius regulæ usus.

Mors separat ab omnibus divitiis.

* O *Mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis,* Eccli. XLI. 1
* viro quieto, & cujus viæ dire- 2
ctæ sunt in omnibus, & adhuc
valenti accipere cibum.

O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti
in substantiis suis! * Cùm di- Ps. XLVIII. 17
ves factus fuerit homo, & cùm
multiplicata fuerit gloria do-
mûs ejus: * cùm interierit, 18
non sumet omnia, neque de-
scendet cum eo gloria ejus;
* cùm dormierit, nihil secum Job. XXVII. 19
auferet: aperiet oculos suos, &
nihil inveniet. * Sicut egressus Eccle. V. 14
est nudus de utero matris suæ,
sic revertetur, & nihil auferet
secum de labore suo. * Miserabi- 15
lis prorsus infirmitas! quomodo
venit, sic revertetur. Quid ergo
prodest ei quòd laboravit in
ventum?

Siccine separat amara mors?

O mors, bonum est judicium tuum!

Vanitatis arguentur præterita.

IV. PUNCTUM.

Quartus regulæ usus.

Job. XIV. 10 * *HOmo cùm mortuus fuerit, & nudatus, atque con-* Mors separat ab omni honore & gloria.
Isai. XXXIII. 18 *sumptus, ubi quæso est?* *Ubi est
litteratus? ubi legis verba ponderans? ubi doctor parvulorum?
I. Cor. I. 20 *ubi sapiens? ubi scriba? ubi
Isai. XIX. 12 conquisitor hujus sæculi? * *Ubi
nunc sunt?*
XXXVII. 13 * Ubi est Rex Emath, & Rex
Arphad, & Rex urbis Sephar-
Bar. III. 16 vaim, Ana, & Ava? *Ubi sunt
principes gentium, & qui dominantur super bestias quæ
17 sunt super terram? * Qui in avi-
18 bus cæli ludunt, * qui argentum
thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? Qui argentum fabricant & solliciti sunt, nec est inventio operum
19 illorum? * *Exterminati sunt, &
ad inferos descenderunt*, & alii

loco eorum ſurrexerunt.

Ubi nunc ſunt?

Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt.

Siccine ſeparat amara mors?

O mors, bonum eſt judicium tuum!

Vanitatis arguentur præterita.

V. Punctum.

Quintus regulæ uſus.

Homo cùm mortuus fuerit, nudatus atque conſumptus, ubi quæſo eſt?

Mors omnes homines confundit indiſcriminatìm.

* Congregatus eſt ad populum Gen. xxv. 8
ſuum : * ubi umbra mortis, & Job. x. 22
nullus ordo, * nulla erit diſtan- Deut. i. 17
tia perſonarum. * Parvus & ma- Job. iii. 19
gnus ibi ſunt, & ſervus liber à
domino ſuo, * ſimul in unum Pſ. xlviii. 3
dives & pauper. * Non erit me- Eccle. ii. 16
moria ſapientis, ſimiliter ut
ſtulti : moritur doctus, ſimiliter
ut indoctus. * Iſte moritur robu- Job. xxi. 23
bus & ſanus, dives & felix ; * a- 25
lius verò moritur in amaritudi-
ne animæ abſque ullis opibus.
* Et tamen ſimul in pulvere dor- 26

mient, & vermes operient eos.
Sap. VI. 10 * Ad vos ergo, Reges, ſunt
Amos. VI. 1 hi ſermones, * Optimates capita
Pſ. CXLVIII. 11 populorum, * Reges, Princi-
pes, & omnes Judices terræ;
Pſ. LXXXI. 6 * Dii eſtis, & filii Excelſi om-
7 nes: * vos autem ſicut homines
moriemini.
Sap. VII. 6 * Unus ergo introitus eſt om-
nibus ad vitam, & ſimilis exi-
tus.

O mors, bonum eſt judicium tuum!

Vanitatis arguentur præterita.

VI. Punctum.

Sextus regulæ uſus.

HOmo cùm mortuus fuerit, nudatus, atque conſumptus, ubi quæſo eſt? — Denique ſeparat hominē à ſe ipſo.

Eſth. III. 8 *Ubi quæſo eſt,* * à ſe mutuò
ſeparatus?
I. Theſſ. V. 23 *Ubi* * & anima & corpus?
Iob. XX. 7 *Corpus?* * quaſi ſterquilinium
in fine perdetur, & qui eum vi-
Eccli. X. 13 derant, dicent: Ubi eſt? * cùm
enim morietur homo, heredita-
bit ſerpentes, & beſtias, &
vermes.

Anima? * Anima verò, quo- Num. xv. 30
niam adversùs Dominum rebel-
lis fuit, peribit de populo suo;
* verbum enim Domini con- 31
tempsit, & præceptum illius fe-
cit irritum: idcirco delebitur,
& portabit iniquitatem suam.

Siccine separat amara mors?

O mors, bonum est judicium tuum!

Vanitatis arguentur præterita.

* Filii hominum usquequo Ps. iv. 3
gravi corde? Ut quid diligitis
vanitatem, & quæritis menda-
cium? * Quid enim prodest ho- Matth. xvi. 26
mini si mundum universum lu-
cretur, animæ verò suæ detri-
mentum patiatur? aut quam da-
bit homo commutationem pro
anima sua?





DUÆ

MEDITATIONES

DE JUDICIO PRIVATO.

PRIMA MEDITATIO.

De natura hujus judicii.

I. PUNCTUM.

De hoc ipso judicio.

Judicii necessitas petitur ex gloria & justitia Iesu Christi.

Heb. ix. 27 * TATUTUM *est ho-*
minibus semel mori,
post hoc autem ju-
Rom. xiv. 10 *dicium.* * Omnes
ſtabimus ante tribunal Chriſti :
11 * ſcriptum eſt enim : Vivo ego ,
dicit Dominus , quoniam mihi
flectetur omne genu , & omnis
12 lingua confitebitur Deo. * Ita-
que unuſquiſque noſtrûm pro ſe

rationem reddet Deo; * *omnes* II. Cor. v. 10
enim nos manifestari oportet
ante tribunal Christi, ut referat
unusquisque propria corporis,
prout gessit, sive bonum sive
malum. *Omnes*; * non enim Sap. vi. 8
subtrahet personam cujusquam
Deus, nec verebitur magnitu-
dinem cujusquam: quoniam pu-
sillum & magnum ipse fecit.

Ejus materia, omnia hominis opera;

* In fine hominis denudatio Eccli. xi. 29
operum illius; * cuncta quæ Eccle. xii. 14
fiunt adducet Deus in judicium
pro omni errato, sive bonum,
sive malum illud sit.

quæ maximè pudenda,

* *Hæc dicit Dominus*: * Judica- Ezech. vii. 2
bo te juxta vias tuas, & ponam 3
contra te omnes abominationes
tuas. * Et non parcet oculus 4
meus super te, & non misere-
bor: sed vias tuas ponam super
te, & abominationes tuæ in
medio tui erunt: & scietis quia
ego Dominus; * Ego sum scru- Apoc. ii. 23
tans renes & corda: & dabo
unicuique vestrûm secundùm
opera sua.

quæ occultissima,

* *Scrutabor* Jerusalem in lucer- Soph. i. 12
nis; * nihil enim est opertum, Matth. x. 26
quod non revelabitur, & oc-
cultum, quod non scietur.

Heb. IV. 12 *Scrutabor*, * pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritûs, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. quæ cordi intima,

Matth. XII. 36 *Scrutabor* : * quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. quæ viſa ſunt leviſſima, aut maximè indifferentia,

Pſ. LXXIV. 2 *Scrutabor* : * ego juſtitias ju-
Iudith. VI. 15 dicabo, * præſumentes de ſe,
Luc. XVIII. 9 & de ſua virtute gloriantes, * qui in ſe confidebant tanquam juſti,
XVI. 15 & aſpernabantur cæteros. * Vos eſtis qui juſtificatis vos coram hominibus; Deus autem novit corda veſtra : quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. etiamque optima.

Hæc dicit Dominus.

Statutum eſt hominibus ſemel mori : poſt hoc autem judicium;
Eccle. III. 17 * tempus omnis rei tunc erit.
Pſ. XXXI. 2 * Beatus vir, cui non imputavit
Eccli. XXXI. 8 Dominus peccatum; * beatus qui inventus eſt ſine macula.
9 * Quis eſt hic?
Iudic. XX. 18 * Quis erit?
I. Reg. XVIII. 18 * Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea?

II. PUNCTUM.

De Judice.

Judex Christus est verè Deus,

* *SCimus qui dixit : Mihi* Heb. x. 30
vindicta, & ego retribuam.
* *Horrendum est incidere in ma-* 31
nus Dei viventis.
* Exaltabitur Dominus exer- Isai. v. 16
cituum in judicio, & Deus san-
ctus sanctificabitur in justitia.
* Sanctus & fortis æmulator est, Jos. xxiv. 19
nec ignoscet sceleribus vestris
atque peccatis.

apud quem cùm nihil sit mundum,

* Numquid justificari potest Job. xxv. 4
homo comparatus Deo, aut ap-
parere mundus natus de mulie-

quid erunt impius & peccator?

re? *Ecce, luna etiam non splen- 5
det, & stellæ non sunt mundæ
in conspectu ejus: * quantò ma- 6
gis homo putredo, & filius ho-
minis vermis? * Ecce, inter san- xv. 15
ctos ejus nemo immutabilis, &
cæli non sunt mundi in conspe-
ctu ejus: * quantò magis abomi- 16
nabilis & inutilis homo qui bi-
bit quasi aquam iniquitatem?
* Horrendè & citò apparebit Sap. vi. 6
vobis, quoniam judicium duriſſi-

Ps. LXXIV. 8 mum : * quoniam Deus judex
Ps. XCVIII. 9 est * sanctus Dominus Deus no-
Eccle. III. 17 ster. * Justum & impium judica-
I. Pet. IV. 18 bit ; * & si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt ?

Scimus qui dixit : Mihi vin- Christus est,
Ioan. V. 22 *dicta* ; * omne judicium dedit
23 filio, * ut omnes honorificent
Act. X. 42 filium. * *Ipse est qui constitutus* Beneficus re-
est à Deo judex vivorum & mor- demptor,
I. Thess. V. 10 *tuorum*, * *qui mortuus est pro nobis. Horrendum est incidere in manus Dei viventis, qui mortuus est pro nobis.*

Heb. X. 28 * Irritam quis faciens legem adeoque jure
Moïsi sine ulla miseratione, timendus ;
duobus vel tribus testibus mori-
29 tur : * quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? *Horrendum est incidere in manus Dei viventis, qui mortuus*
Gal. I. 4 *est pro nobis* ; * qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo
Apoc. I. 5 nequam ; * qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

eoque magis, quod ex redemptore factus inimicus malos malè perdet.

* Chriſtus nos redemit de ma- Gal. III. 13
ledicto legis, factus pro nobis
maledictum. *Ipſe eſt qui con-*
ſtitutus eſt à Deo judex vivorum
& mortuorum. * Horrendè & Sap. VI. 6
citò apparebit vobis; * factus Thr. II. 5
velut inimicus, * malos malè Matth. XXI. 41
perdet, * inimicos crucis, * rur- Philipp. III. 18
ſum crucifigentes ſibimetipſis fi- Heb. VI. 6
lium Dei, & oſtentui habentes.
* Tunc dicet : Diſcedite à me Matth. XXV. 41
maledicti in ignem æternum,
qui paratus eſt diabolo & ange-
lis ejus.

* *Crudelis ſententia !* Dan. II. 15

* Quis non timebit te, ô Rex Jer. X. 7
gentium, * magne, fortis, & II. Eſdr. IX. 32
terribilis ?

Crudelis ſententia !

* Convertimini filii homi- Pſ. LXXXIX. 3
num : * fugite à facie gladii, Job. XIX. 29
quoniam ultor iniquitatum gla-
dius eſt, & ſcitote eſſe judicium.
* Cum metu & tremore veſtram Philip. II. 12
ſalutem operamini.



III. PUNCTUM.

De reo.

Job. XL. 1 * DOminus dixit: * Num-
3 quid irritum facies judi-
cium meum ? & condemnabis
4 me, ut tu justificeris ? * Et si
habes brachium sicut Deus,
XLI. 1 & si voce simili tonas, * quis
3 resistere potest vultui meo? * Non
parcam ei, & verbis potentibus
& ad deprecandum compositis.

Agnoscit homo, nihil, ut sit in judicio hominum, valere posse pro se in hoc judicio:

Sap. XVI. 13 * Domine, qui vitæ & mor-
15 tis habes potestatem, * tuam
manum effugere impossibile est.
Job. XVI. 22 * Utinam sic judicaretur vir cum
Deo, quomodo judicatur filius
hominis cum collega suo.
IX. 32 * Neque enim viro, qui simi-
lis mei est, respondebo : nec qui
mecum in judicio ex æquo possit
19 audiri. * Si fortitudo quæritur,
XXII. 4 robustissimus est. * Numquid ti-
mens arguet te, & veniet tecum
5 in judicium, * & non propter
malitiam tuam plurimam, &
IX. 13 infinitas iniquitates tuas? * Deus
cujus iræ nemo resistere potest,

non rationem & fortitudinem ad tuendum se,

& ſub quo curvantur qui por-
tant orbem : * quantus ergo ego 14
ſum, ut reſpondeam ei, & lo-
quar verbis meis cum eo ? * Ve- 2
rè ſcio quòd ita ſit, & quod non
juſtificetur homo compoſitus
Deo. * Si voluerit contendere 3
cum eo, non poterit ei reſpon-
dere unum pro mille.

non ſapientiam ad quidquam celandum,

* Ecce, Domine tu cognoviſti Pſ. cxxxvIII. 5
viſti omnia ; * ſcio quia omnia Job xlii. 2
potes, & nulla te latet cogita-
tio. * Quis eſt iſte qui celat con- 3
ſilium abſque ſcientia ? * Non xxxiv. 22
ſunt tenebræ, & non eſt umbra
mortis, ut abſcondantur ibi qui
operantur iniquitatem. * Ecce xvi. 20
enim in cælo teſtis meus & con-
ſcius meus in excelſis. * Ego ſum Ier. xxix. 23
judex & teſtis, dicit Dominus.

non excuſationes & preces,

* Etiamſi habuero quidpiam Job. ix. 15
juſtum, non reſpondebo, ſed
meum judicem deprecabor. * Et 16
cùm invocantem exaudierit me,
non credo quòd audierit vo-
cem meam. * Si juſtificare me 20
voluero, os meum condemnabit
me : ſi innocentem oſtendero,
pravum me comprobabit. * E- 21
tiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum
ignorabit anima mea, & tæde-
bit me vitæ meæ. * Quis

Apoc. xv. 4 * Quis non timebit te, Do-
Job. ix. 30 mine? * Si lotus fuero quasi a- Non innocentiam reputatam,
quis nivis, & fulserint velut
31 mundissimæ manus meæ: * ta-
men sordibus intinges me.
Ps. cxx. 1 * Unde veniet auxilium mihi?
Job. v. 1 * Voca ergo, si est qui tibi re- non patroni
spondeat, & ad aliquem san- ullius opem,
xxxiii. 23 ctorum convertere. * Si fuerit
angelus loquens unus de milli-
bus, ut annuntiet hominis æqui-
24 tatem: * miserebitur ejus, & di-
cet: Libera eum, ut non descen-
dat in corruptionem: * inveni in
quo ei propitier.
Rom. vii. 24 * *Infelix ego homo!* * Nemo
Job. ix. 19 audet pro me testimonium dice- non alicujus tertii arbitrium,
33 re. * Non est qui utrumque va-
leat arguere, & ponere manum
suam in ambobus.
Heb. vi. 4. & 6 * Impossibile est * renovari ad
x. 26 pœnitentiam. * Jam non relin- non spem ullam aliter satisfaciendi
27 quitur pro peccatis hostia; * ter- Judici,
ribilis autem quædam expecta-
tio judicii, & ignis æmulatio,
quæ consumptura est adversarios.
Job. xxxiv. 23 * Neque ultrà in hominis po- non repetendi judicii rationem aliquam,
testate est, ut veniat ad Deum
in judicium.

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Excitat ſe homo ad timorem Dei.

* QUomodo mente tractavi, Iſai. xiv. 24
ſic eveniet. *Metuamus* & 25 Ier. v. 24
Dominum Deum noſtrum. * Præ- Pſ. xciv. 2
occupemus faciem ejus in con-
feſſione.*Beatus homo cui dona- Eccli. xxv. 15
tum eſt habere timorem Dei ;
* beatus homo qui ſemper eſt pa- Prov. xxviii. 14.
vidus. * Domine exaudi oratio- Pſ. ci. 2
nem meam , & clamor meus ad
te veniat.* Confige timore tuo Pſ. cxviii.
carnes meas ; à judiciis enim 120
tuis timui.

Metuamus Dominum Deum
noſtrum. * Timor Domini, prin- Prov. i. 7
cipium ſapientiæ , * ipſa eſt ſa- Iob. xxviii. 28
pientia. * Audi populc ſtulte, Ier. v. 21
qui non habes cor ; qui habentes
oculos , non videtis ; & aures ,
& non auditis. * Me ergo non 22
timebitis , ait Dominus : & à
facie mea non dolebitis?* Num- 29
quid ſuper his non viſitabo , di-
cit Dominus ? aut ſuper gentem
hujuſcemodi non ulciſcetur ani-
ma mea ?

Metuamus Dominum Deum
noſtrum. * Timenti Dominum Eccli. i. 13

Prov. xxiii. bene erit in extremis. * Non
17 æmuletur cor tuum peccatores :
ſed in timore Domini eſto tota
18 die ; * quia habebis ſpem in no-
viſſimo , & præſtolatio tua non
auferetur.



II. MEDITATIO.

De præparatione ad judicium.

I. Punctum.

Præparationis hujus neceſſitas. Petitur

Eccli. ii. 16 * VÆ his qui perdiderunt ex calamitate
ſuſtinentiam , & qui de- peccatoris in
reliquerunt vias rectas , & di- judicio ,
17 verterunt in vias pravas. * Et
quid facient cùm inſpicere cœ-
perit Dominus ?
18 * Qui timent Dominum, non ex timore &
erunt incredibiles verbo illius ; amore Dei ,
& qui diligunt illum , conſer-
19 vabunt viam illius. * Qui ti-
ment Dominum , inquirent quæ
beneplacita ſunt ei ; & qui dili-
gunt eum , replebuntur lege ip-
20 ſius. * Qui timent Dominum ,
præparabunt corda ſua , & in
conſpectu illius ſanctificabunt

animas ſuas. * Qui timent Do- 21
minum, cuſtodiunt mandata il-
lius, & patientiam habebunt uſ-
que ad inſpectionem illius,* di-
centes: Si pœnitentiam non ege- 22
rimus, incidemus in manus Do-
mini, & non in manus hominum.

ex proximitate judicii,

* Videte itaque, fratres, quo- Ephes. v. 15
modo cautè ambuletis; non
quaſi inſipientes,* ſed ut ſapien- 16
tes, *redimentes tempus, quoniam*
dies mali ſunt.

* Juxtà eſt dies Domini ma- Soph. i. 14
gnus, juxtà eſt & velox nimis.
* Adhuc enim modicùm ali- Heb. x. 37
quantulùm, qui venturus eſt,
veniet, & non tardabit. * Unum II. Pet. iii. 8
hoc non lateat vos, quia unus
dies apud Dominum ſicut mille
anni: & mille anni ſicut dies
unus.

ex patientia Dei, qui ad hoc ipſum dat tempus.

* Non tardat Dominus pro- 9
miſſionem ſuam, ſicut quidam
exiſtimant; ſed patienter agit
propter vos, nolens aliquos pe-
rire, ſed omnes ad pœnitentiam
reverti. * Quales oportet vos eſſe 11
in ſanctis converſationibus &
pietatibus, * expectantes & pro- 12
perantes in adventum diei Do-
mini. * Propter quod, chariſſi- 14

mi, hæc expectantes satagite
immaculati & inviolati ei in-
15 veniri in pace:* & Domini nostri
longanimitatem, salutem arbi-
tremini.

Heb. x. 23 * Teneamus spei nostræ con-
25 fessionem indeclinabilem: * &
tantò magis, quantò videritis
appropinquantem diem.

II. Punctum.

Varia hujus præparationis exercitia, pro vario meditantis statu.

Luc. xvi. 1 * HOmo quidam erat di- Ad imitationem villici, cui reddenda erat ratio suæ villicationis, excogitat peccator, quid sibi opus sit facto.
ves, qui habebat villi-
cum: & hic diffamatus est apud
illum, quasi dissipasset bona ip-
2 sius. * Et vocavit illum, & ait
illi: Quid hoc audio de te? red-
de rationem villicationis tuæ;
jam enim non poteris villicare.
3 * Ait autem villicus intra se:
Quid faciam, quia Dominus
meus aufert à me villicationem?
Fodere non valeo, mendicare
4 erubesco. * *Scio quid faciam.*
viii. 11 *Est autem hæc parabola.* *Quid*
Iob. xxxi, 14

enim faciam, cùm surrexerit ad judicandum Deus; & cùm quæsierit, quid respondebo illi?

Cura purificandi conscientiam.

I. Exercitium.

Scio quid faciam. * Ante judicium interroga te ipsum, & in conspectu Dei invenies propitiationem.* Conserva tempus, & devita à malo. * Qui abscondit scelera sua non dirigetur; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

Eccli. XVIII. 20
IV. 23
Prov. XXVIII. 13

* Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te adversarius Judici, & Judex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. * Non exies inde donec reddas novissimum quadrantem. * Da operam liberari ab illo.

Matth. V. 25
26
Luc. XII. 58

Scio quid faciam. * Confitebor adversùm me injustitiam meam Domino: * & observabo me ab iniquitate mea.

Ps. XXXI. 5
Ps. XVII. 24

Deprecatio Judicis.

II. Exercitium.

Quid faciam cùm surrexerit ad judicandum Deus? * Quò

Ps. CXXXVIII. 7

Apoc. x. 6 à facie tua fugiam. * Tempus
II. Cor. vi. 2 non erit ampliùs. * Ecce nunc
tempus acceptabile.
Iob. ix. 15 *Scio quid faciam.* * Meum
x. 1 Judicem deprecabor. * Tædet
animam meam vitæ meæ: dimittam
adversùm me eloquium
meum, loquar in amaritudine
2 animæ meæ, * dicam Deo: Noli
me condemnare; indica mihi
3 cur me ita judices. * Numquid
bonum tibi videtur, si opprimas
8 me opus manuum tuarum? * Manus
tuæ fecerunt me, & plasmaverunt
me totum in circuitu; &
12 sic repente præcipitas me? * Vitam
& misericordiam tribuisti
mihi, & visitatio tua custodivit
13 spiritum meum. * Licèt hæc celes
in corde tuo: tamen scio
14 quia universorum memineris. * Si
peccavi, & ad horam pepercisti:
cur ab iniquitate mea mundum
me esse non pateris?
vii. 16 * *Parce mihi*; nihil enim sunt
dies mei.
Ps. xxx. 6 *Parce mihi*: * redemisti me
Domine Deus veritatis.
Ps. cxxix. 3 *Parce mihi*; * Si iniquitates
observaveris Domine, Domine
quis sustinebit?

Parce mihi, * quia apud te 4
propitiatio est.

Satisfactio per opera pœnitentiæ.

III. Exercitium.

Ut avertat peccator irã Dei, sese offert ad vindicandum illum de peccatis suis,

* Quid facient, cùm inspi- Eccli. II. 17
cere cœperit Dominus?
* Genimina viperarum, quis Luc. III. 7
ostendit vobis fugere à ventura
ira? * Facite ergo fructus di- 8
gnos pœnitentiæ. * Quòd si nos- I. Cor. XI. 31
metipsos dijudicaremus, non
utique judicaremur.

Scio quid faciam.

* Domine, exaudi me in tua Ps. CXLII. 1
justitia: * & non intres in judi- 2
cium cum servo tuo, quia non
justificabitur in conspectu tuo
omnis vivens. * In me transie- Ps. LXXXVII. 17
runt iræ tuæ. * *Patientiam habe* Matth. XVIII. 26
in me, & omnia reddam tibi.

mortificatione carnis,

* Idcirco ipse me reprehendo, Iob. XLII. 6
& ago pœnitentiam * in jeju- Dan. IX. 3
niis, sacco, & cinere. * Plora- Ier. XIII. 17
bit anima mea in abscondito.

lacrimis, compúctione cordis,

* Lavabo per singulas noctes le- Ps. VI. 7
ctum meum. * Recogitabo tibi Isai. XXXVIII. 15
omnes annos meos in amaritu-
dine animæ meæ.

meditatione,

* In matutinis meditabor in Ps. LXII. 7
te: * sicut pullus hirundinis, sic Isai. XXXVIII. 14

clamabo : meditabor ut colum-
Ps. v. 4 ba. * Quoniam ad te orabo, Do- & oratione,
mine manè exaudies vocem
5 meam. * Manè astabo tibi, &
videbo : quoniam non Deus vo-
lens iniquitatem tu es.

Luc. xix. 8 * Ecce dimidium bonorum eleemosynâ,
meorum, Domine, do paupe-
xvi. 4 ribus, * ut recipiant me in do- restitutione,
9 mos suas, * in æterna taberna-
xix. 8 cula. * Et si quid aliquem defrau-
davi, reddo quadruplum.

Ps. l. 15 * Docebo iniquos vias tuas, zelo salutis
& impii ad te convertentur. aliorum.

Ps. ix. 2 * Confitebor tibi, Domine, in
toto corde meo : narrabo omnia
Ps. xxi. 3 mirabilia tua ; * narrabo nomen
tuum fratribus meis : in medio
Ecclesiæ laudabo te.

Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Isai. xxxviii. * Domine, si sic vivitur, &
16 in talibus vita spiritûs mei : cor-
ripies me, & vivificabis me.
17 * Ecce in pace amaritudo mea
amarissima.

IV. Exercitium.

Acceptarum à proximo injuriarum sincera remissio.

Quid faciam?

Eccli. xxviii. 1 * Qui vindicari vult, à Unusquisque judican-

dus est à Deo juxta regulam, quâ ipse judicaverit inimicos suos;

Domino inveniet vindictam :
& peccata illius servans servabit. * Relinque proximò tuo no- 2
centi te : & tunc deprecanti tibi peccata solventur. * Homo 3
homini reservat iram , & à Deo
quærit medelam? * In hominem 4
similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur ? * Ipse cùm caro sit , 5
reservat iram, & propitiationem
petit à Deo ?

Quis exorabit pro delictis illius ? * Judicium sine misericor- Jac. II. 13
dia illi , qui non fecit misericordiam ; superexaltat autem
misericordia judicium. * Nolite Matth. VII. 1
judicare , ut non judicemini ;
* in quo enim judicio judicaveritis , judicabimini : & in qua
mensura mensi fueritis , remetietur vobis. * Si dimiseritis ho- VI. 14
minibus peccata eorum , dimittet & vobis pater vester cælestis
delicta vestra ; * si autem non di- 15
miseritis hominibus , nec pater
vester dimittet vobis peccata vestra.

Scio quid faciam.

unde concluditur, illis veniam dan-

* Memento novissimorum , Eccli. XXVIII. 6
& desine inimicari ; * memora- 8

re timorem Dei, & non iraſca-
9 ris proximo. * Memorare teſta-
mentum Altiſſimi, & deſpice
Prov. xxv. 21 ignorantiam proximi. * Si eſu-
rierit inimicus tuus, ciba illum:
ſi ſitierit, da ei aquam bibere;
22 * prunas enim congregabis ſu-
per caput ejus, & Dominus red-
Rom. xii. 21 det tibi. * Noli vinci à malo,
ſed vince in bono malum.

dam eſſe, eoſ-demque pariter eſſe diligendos.

V. Exercitium.

Contemptus judiciorum hominum.

Ratio hujus contemptûs petitur ex eo, quòd Deus ſit ſolus judex.

Gal. i. 10 * An quæro hominibus
placere? Si adhuc homi-
nibus placerem, Chriſti ſervus
Jac. iv. 12 non eſſem. * Unus eſt Legiſla-
tor & Judex, qui poteſt perdere
Matth. x. 28 & liberare. * Nolite timere eos
qui occidunt corpus, animam
autem non poſſunt occidere; ſed
potiùs timete eum, qui po-
teſt & animam & corpus perde-
re in gehennam.

Pſ. lxi. 10 * Vani filii hominum, men-
daces filii hominum in ſtateris.
I. Cor. iv. 3 * Mihi pro minimo eſt, ut à vo-
bis judicer: ſed neque me ipſum
4 judico; * nihil enim mihi conſ-
cius ſum, ſed non in hoc juſtifi-
catus ſum: qui autem judicat

me, Dominus eſt. * Itaque noli- 5
te ante tempus judicare, quoad-
uſque veniat Dominus, qui &
illuminabit abſcondita tenebra-
rum, & manifeſtabit conſilia
cordium: & tunc laus erit uni-
cuique à Deo.

Optio ultionis divinæ temporalis, potiùs quàm æternæ.

Divina ultio in hac vita ſalubre eſt ſupplementũ pœnitentiæ cùm omittitur.

VI. Exercitium.

* QUomodo nos effugiemus, Heb. II. 3
ſi tantam neglexerimus
ſalutem?

Scio quid faciam.

* Omne quod tibi applicitum Eccli. II. 4
fuerit, accipe, & in dolore ſu-
ſtine, & in humilitate tua pa-
tientiam habe.

Illud exquiri debet à Deo,

* Exaudi me, Domine, in Pſ. CXLII. 1
tua juſtitia; * corripe me, Do- Jer. X. 24
mine: verumtamen in judicio,
& non in furore tuo, ne fortè ad
nihilum redigas me. * *Exurge,* Pſ. VII. 7
Domine, in ira tua: * quoniam Pſ. XXXVII. 18
ego in flagella paratus ſum. * Ju- Pſ. XXXIV. 24
dica me ſecundùm juſtitiam
tuam, Domine Deus meus, &
non ſupergaudeant mihi, * nec 25
dicant: Devoravimus eum.

Æſtimari magni,

* Dum judicamur autem, à I. Cor. XI. 32
Domino corripimur: ut non
cum hoc mundo damnemur.

Judith. VIII. 27 * Sed reputantes peccatis nostris
hæc ipsa supplicia minora esse,
flagella Domini, quibus quasi
servi corripimur, ad emenda-
tionem & non ad perditionem
nostram evenisse credamus.
Job. V. 17 * Beatus homo, qui corripitur
à Deo; increpationem ergo Do-
18 mini non reprobes: * quia ipse
vulnerat, & medetur; percutit,
& manus ejus sanabunt.

Exurge, Domine, in ira tua: & salutari-
Ps. XXXVII. 18 * quoniam ego in flagella para- bus usibus
tus sum, & dolor meus in con- destinari.
19 spectu meo semper; * quoniam
iniquitatem meam annuntiabo,
& cogitabo pro peccato meo.

Ps. XLI. 10 * Apud me oratio Deo vitæ
Job. XXXIII. 27 meæ; dicam Deo: * Peccavi, &
verè deliqui: & ut eram dignus,
Tob. III. 13 non recepi.* Benedictum est no-
men tuum, Deus patrum nostro-
rum, qui cùm iratus fueris, mi-
sericordiam facies, & in tem-
pore tribulationis peccata dimit-
tis his qui invocant te.

Ps. CXVII. 17 * Non moriar, sed vivam: &
18 narrabo opera Domini. * Casti-
gans castigavit me Dominus:
& morti non tradidit me.

Ps. LXXXVIII. 53 * Benedictus Dominus in æ-
ternum: fiat, fiat.



QUINQUE MEDITATIONES DE INFERNO.

PRIMA MEDITATIO.

De poena damni.

Explicatur ejus natura per colloquium Christi & hominis pœnitentis.

Homo pœnitens.

Homo petit humiliter ut doceatur quæ sit hujus pœnæ natura.



* EGo dixi : In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Isai. XXXVIII. 10
* Deus ultionum Ps. XCIII. 1
Dominus, *Deus ultionum* libere egit : * deducit ad inferos 1. Reg. II. 6
& reducit.

Vadam, Deus ultionum;

Ps. v. 5 *manè astabo tibi & videbo quo-
niam non Deus volens iniquita-
Ps. cxviii. 120 tem tu es.* *Deus ultionum,** con-
fige timore tuo carnes meas ; à
Ps. lxxxix. 11 judiciis enim tuis timui. * Quis
novit potestatem iræ tuæ , &
præ timore tuo iram tuam dinu-
12 merare ? * Dexteram tuam sic
Ps. cxviii. 108 notam fac , * & judicia tua doce
me.

Christus.

Luc. xiii. 25 * Cùm intraverit paterfami-
lias , & clauserit ostium , inci-
pietis foris stare , & pulsare
ostium , dicentes : Domine ape-
ri nobis ; & respondens dicet
vobis : Nescio vos unde sitis.
26 * Tunc incipietis dicere : Man-
ducavimus coram te , & bibi-
mus , & in plateis nostris docui-
27 sti. * Et dicet vobis : Nescio vos
unde sitis : discedite à me omnes
operarii iniquitatis.

Christus explicat ejus naturam, quæ consistit in hoc , quòd damnatus ignoretur à Deo ,

Matth. vii. 22 * Multi dicent mihi in illa
die : Domine , Domine , nonne
in nomine tuo prophetavimus ,
& in nomine tuo dæmonia eje-
cimus , & in nomine tuo virtu-
23 tes multas fecimus ? * Et tunc
confitebor illis , quia nunquam
novi vos : discedite à me qui ope-
ramini iniquitatem.

projiciatur ab illo ,

* *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, qui paratus est diabolo, & angelis ejus. * Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis servientes, & omnis qui amat & facit mendacium. *Non videbit quispiam de hominibus generationis hujus pessimæ terram bonam, quam sub juramento pollicitus sum patribus vestris; — XXV. 41 — Apoc. XXII. 15 — privetur ejus visione, — Deut. I. 35

* Non videbit bonum quod ego faciam populo meo; — Jer. XXIX. 32

* Non videbit gloriam Domini; — Isai. XXVI. 10

* Usque in æternum non videbit lumen; — Ps. XLVIII. 20

* Nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam: * ut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam. — Luc. XIV. 24 — Ps. XCIV. 11

maledictus sit ab illo, — *Discedite à me maledicti*. *Vos non populus meus, *& ego non ero vester.* — Ose. I. 9

Maledicti.

* Vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus usque in æternum. * Irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem — Malac. I. 4 — Deut. XXXI. 17

meam ab eo, & erit in devora- ideoque maneat omnibus
tionem: invenient eum omnia malis obnoxius,
mala, & afflictiones; ita ut dicat in illo die: Verè quia non est Deus mecum, invenerunt me hæc mala.

Pſ. CVIII. 18 * Dilexit maledictionem, & veniet ei; & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Diſcedite à me. Ego non ero & omni ſpe alterius boni
Iſai. XLV. 5 *veſter.* * Ego Dominus, & non excidat.
21 eſt ampliùs.* Non eſt ultrà Deus
LI. 19 abſque me. * Quis contriſtabitur ſuper te? Quis conſolabi-
Eccli. XXIV. 25 tur te? * In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes
Soph. II. 15 vitæ & virtutis: * & extra me
Iſai. XLIII. 11 non eſt alia ampliùs.* Ego ſum Dominus & non eſt abſque me
13 Salvator,* & non eſt qui de manu mea eruat.

Diſcedite à me maledicti in
LI. 20 *ignem æternum,* * pleni indignatione Domini.

Homo pœnitens.

Hab. III. 2 * Domine, audivi auditionem Tantæ pœnæ
Job. XXXVII. 1 tuam, & timui: * ſuper hoc ſe obnoxium
Pſ. LXXXVII. 2 expavit cor meum. * Domine hactenus vixiſſe obſtupeſcit;
Deus ſalutis meæ, in die clamavi, & nocte coram te. * Intret

in conspectu tuo oratio mea :
inclina aurem tuam ad precem
meam : * quia repleta est malis 4
anima mea , & vita mea infer-
no appropinquavit ;

* Et ego nesciebam. Gen. XXVIII. 16

* Circumdederunt me dolo- Ps. CXIV. 3
res mortis , & pericula inferni
invenerunt me ;

* Et ignoravi. Ps. XXXIV. 15

petit ut ab illa liberetur:


* Ad te , Domine , clamabo : Ps. XXVII. 1
Deus meus , ne sileas à me : ne-
quando taceas à me , & assimi-
labor descendentibus in lacum.
* Exaudi , Domine , vocem de- 2
precationis meæ , dum oro ad
te : dum extollo manus meas ad
templum sanctum tuum. * Ne 3
simul trahas me cum peccatori-
bus, & cum operantibus iniqui-
tatem ne perdas me.

* Domine , dilexi decorem Ps. XXV. 8
domûs tuæ , & locum habitatio-
nis gloriæ tuæ. * Ne perdas cum 9
impiis Deus , animam meam.

quod ex pœnitentiâ , & amore suo erga Deum confidit jam sibi concessum esse.

* Dilexi , quoniam exaudiet Ps. CXIV. 1
Dominus vocem orationis meæ ;
* quia inclinavit aurem suam 2
mihi , & in diebus meis invoca-
bo. * Circumdederunt me do- 3
lores mortis , & pericula inferni

invenerunt me. Tribulationem
4 & dolorem inveni : * & nomen
Domini invocavi. O Domine,
libera animam meam.
5 * Misericors Dominus, &
justus, & Deus noster misere-
6 tur. * Custodiens parvulos Do-
minus : humiliatus sum, & li-
7 beravit me. * Convertere anima
mea in requiem tuam : quia Do-
8 minus benefecit tibi ; * quia eri-
puit animam meam de morte,
oculos meos à lacrimis, pedes
9 meos à lapsu. * Placebo Domi-
no in regione vivorum.



II. MEDITATIO.

De dolore impiorum ex pœna damni.

I. Punctum.

Dolor mentis.

Dolor mentis oritur ex perfectissima & semper præsenti cognitione æternæ felicitatis.

II. Thess. 1. 9 * P*OEnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, &*
10 *à gloria virtutis ejus* ; * cùm
venerit glorificari in sanctis
suis, & admirabilis fieri in om-

nibus qui crediderunt. * A fa- Gen. III. 8
cie Domini Dei in medio para-
disi; *cùm venerit in gloria pa- Marc. VIII. 38
tris sui cum angelis sanctis,
* ibunt hi in supplicium æter- Matth. XXV. 46
num.

* Audite rebelles & increduli. Num. XX. 10
* Ibi erit fletus & stridor den- Luc. XIII. 28
tium, cùm videritis Abraham,
& Isaac, & Jacob, & omnes
Prophetas in regno Dei, vos au-
tem expelli foras. * Et venient 29
ab Oriente, & Occidente, &
Aquilone, & Austro, & ac-
cumbent in regno Dei; * filii Matth. VIII. 12
autem regni ejicientur in tene-
bras exteriores: * ibi erit fle- II. Thess. I. 8
tus & stridor dentium. In flam-
ma ignis dantis vindictam iis,
qui non noverunt Deum, & qui
non obediunt evangelio Domi-
ni nostri Jesu Christi, * *pœnas* 9
dabunt in interitu æternas à facie
Domini, & à gloria virtutis ejus.

ejusdemque irreparabili amissione.

* *Peccator videbit, & irasce-* Ps. CXI. 10
tur, dentibus suis fremet, &
tabescet.

Peccator videbit, * quæ sit Eph. I. 18
spes vocationis ejus, & quæ di-
vitiæ gloriæ hæreditatis ejus in
sanctis, * & quæ sit supereminens 19

magnitudo virtutis ejus in nos,
qui credimus secundùm opera-
tionem potentiæ virtutis ejus,
20 * quam operatus est in Christo,
suscitans illum à mortuis, &
constituens ad dexteram suam
in cælestibus. *Peccator videbit,*
Job. xx. 20 * *& possidere non poterit:* * quia
I. Cor. xv. 50 caro & sanguis regnum Dei pos-
sidere non possunt: neque cor-
ruptio incorruptelam possidebit.
Isai. xxxiii. 17 *Peccator videbit.* * Regem in
decore suo videbunt oculi ejus,
cernent terram de longè, *& pos-
sidere non poterit. Videbit, &
irascetur, dentibus suis fremet,
& tabescet.*

II. Punctum.

Dolor voluntatis.

Explicatur hic dolor per colloquium peccatoris damnati & Dei vindicis,

Ps. cxi. 10 * *DEsiderium peccatorum
peribit.*
Luc. xvi. 22 * Mortuus est dives, & sepul-
23 tus est in inferno. * Elevans au-
tem oculos suos, cùm esset in
tormentis, vidit Abraham à lon-
24 gè, & Lazarum in sinu ejus: * &
ipse clamans, dixit:

Desiderio videndi Deum cruciatur damnatus,

Impius damnatus.

Pater miserere mei: ***crucior in hac flamma.***

* Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat Omnipotens? * Obsecro ergo *ut videam faciem regis*, * regis mei qui est in sancto:

Job. XXXI. 35
II. Reg. XIV. 32
Ps. LXVII. 25

Ut videam faciem regis, * in quem desiderant angeli prospicere.

I. Pet. I. 12

& quidem magis quàm igne.

* Domine, ante te omne desiderium meum. * Unam petii à Domino, hanc requiram, ut videam voluptatem Domini.

Ps. XXXVII. 10
Ps. XXVI. 4

Crucior in hac flamma; * in me sit ista maledictio: *tantùm audi vocem meam*, * & omne, quod imposueris mihi, feram; *Tantùm audi vocem meam: ut videam faciem regis.*

Gen. XXVII. 13
IV. Reg. XVIII. 14

* Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: * sitivit anima mea ad Deum fontem vivum. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? * Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte: *dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?*

Ps. XLI. 2
3
4

Crucior in hac flamma : dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

Ubi est Deus tuus?

Job. XXIII. 3 * Quis mihi tribuat ut cognoscam & inveniam illum, & veniam usque ad solium ejus?
Isai. XIV. 13 * In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testa-
14 menti, * similis ero Altissimo.

Deus vindex.

15 * Verumtamen ad infernum detrahêris, in profundum laci. — Desiderium illud reprobat Deus & rejicit.
Luc. XVI. 26 * Inter nos & vos chaos magnum firmatum est : ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. *Desiderium pecca-*
Ps. CV. 24 *torum peribit.* * Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem;
Luc. XIII. 24 * quærent intrare, & non poterunt.

Impius damnatus.

Repulsæ, quam à Deo patitur, rationem exquirit, ejus præteritum amorem cum odio præsenti comparans:

Job. X. 8 * Manus tuæ fecerunt me, & sic repente præcipitas me?
9 * Memento quæso, quòd sicut
12 lutum feceris me. * Vitam & misericordiam tribuisti mihi, &

visitatio tua custodivit spiritum
meum. * Licèt hæc celes in cor- 13
de tuo, tamen scio quia uni-
versorum memineris. * Si pec- 14
cavi, & ad horam pepercisti
mihi: cur ab iniquitate mea
mundum me esse non pateris,
* reversúsque mirabiliter me 16
crucias?
* Reminiscere miserationum Ps. XXIV. 6
tuarum Domine; * clamo ad te, Iob. XXX. 20
& non exaudis me: sto, & non
respicis me. * Mutatus es mihi 21
in crudelem, & in duritia ma-
nus tuæ adversaris mihi.

Deus vindex.

redditur à Deo ratio;

* Vocavi, & renuistis: ex- Prov. I. 24
tendi manum meam, & non
fuit qui aspiceret. * Despexistis 25
omne consilium meum, & in-
crepationes meas neglexistis;
* ego quoque in interitu vestro 26
ridebo, & subsannabo. * Om- Eccle. III. 1
nia tempus habent: * tempus 8
dilectionis, & tempus odii. * Re- Luc. XVI. 25
cepisti bona in vita tua: nunc
autem cruciaris.

Impius damnatus.

contra tamen enititur

* Deus virtutum converte nos: Ps. LXXIX. 8
&

& ostende faciem tuam, & sal-
15 vi erimus. * Deus virtutum
convertere : respice de cælo,
20 & vide. * Domine Deus vir-
tutum converte nos : & osten-
de faciem tuam, & salvi eri-
mus.

impius exagitatus desiderio videndi Deum.

Deus vindex.


Matth. v. 8 * Beati mundo corde : quo-
Ezech. xxiv. 13 niam ipsi Deum videbunt. *Im-
munditia tua execrabilis : quia
mundare te volui, & non es
mundata à sordibus tuis : sed
nec mundaberis.

Negat Deus, illud unquam posse fieri.

Impius damnatus.

Ps. lxxviii. 5 * Usquequò Domine irascê-
ris in finem : accendetur velut
Job. vii. 16 ignis zelus tuus ? * Desperavi,
nequaquam ultra jam vivam.
xix. 9 * Spoliavit me gloriâ meâ, &
abstulit coronam de capite meo.
10 * Destruxit me undique, & pe-
reo, & quasi evulsæ arbori ab-
11 stulit spem meam. * Iratus est
contra me furor ejus, & sic me
habuit quasi hostem suum.

Quare impius sperare cessat, non autem desiderare.



III. Punctum.

Oritur ex recordatione rerum præteritarum;

Dolor ex memoria.

* Vermis eorum non moritur. Marc. ix. 43
* Tunc ſtabunt juſti in magna Sap.v. 1
conſtantia, adversùs eos qui ſe
anguſtiaverunt, & qui abſtu-
lerunt labores eorum. * Viden- 2
tes turbabuntur timore horribi-
li, & mirabuntur in ſubitatio-
ne inſperatæ ſalutis, * dicentes 3
intra ſe, *pœnitentiam agentes*,
& præ anguſtia ſpiritûs gemen-
tes:

nempe contemptæ virtutis,

Hi ſunt quos habuimus ali-
quando in deriſum, & in ſimi-
litudinem improperii. * Nos in- 4
ſenſati vitam illorum æſtima-
bamus inſaniam, & finem illo-
rum ſine honore:* ecce quomo- 5
do computati ſunt inter filios
Dei, & inter ſanctos ſors illo-
rum eſt.

gratiarum neglectarum,

* Ergo erravimus à via veri- 6
tatis, & juſtitiæ lumen non lu-
xit nobis, & ſol intelligentiæ
non eſt ortus nobis.

7 * Laſſati ſumus in via iniqui-
tatis & perditionis, & ambula-
vimus vias difficiles : viam au-
tem Domini ignoravimus.
8 * Quid nobis profuit ſuper-
bia ? aut divitiarum jactantia
9 quid contulit nobis ? * Tranſie-
runt illa omnia tanquam umbra,
& tanquam nuntius percurrens,
10 & * tanquam navis quæ pertranſit
fluctuantem aquam : cujus, cùm
præterierit, non eſt veſtigium
invenire, neque ſemitam carinæ
11 illius in fluctibus ; * aut tanquam
avis, quæ tranſvolat in aëre,
cujus nullum invenitur argu-
mentum itineris, ſed tantùm ſo-
nitus alarum verberans levem
ventum, & ſcindens per vim
itineris aërem : commotis alis
tranſvolavit, & poſt hoc nullum
ſignum invenitur itineris illius ;
12 * aut tanquam ſagitta emiſſa in
locum deſtinatum, diviſus aër
continuò in ſe recluſus eſt, ut
ignoretur tranſitus illius :
13 * Sic & nos nati, continuò
deſivimus eſſe : & virtutis qui-
dem nullum ſignum valuimus
oſtendere : in malignitate autem
noſtra conſumpti ſumus.

laboris & turpitudinis peccatorum,

mali usûs honorũ & divitiarum, quæ evanuerunt,

& omnis boni omiſſi.

* *Talia dixerunt in inferno* 14
hi, qui peccaverunt:
Talia dixerunt, Pœnitentiam
agentes.
* Sic comedet eos vermis :*ver- Isai. LI. 8
mis eorum non morietur, & LXVI. 24
ignis eorum non extinguetur.

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Alios homines, adeóque seipsum
excitat homo,
ad quærendum nunc Deum.

* INtelligite hæc qui oblivis- Ps. XLIX. 22
cimini Deum : * Quæretis Joan. VII. 34
me, & non invenietis.
* Audite sapientes verba mea: Job. XXXIV. 2
* Quærite Dominum, *dum in-* Isai. LV. 6
veniri potest, invocate eum dum
prope est.
* Cavete ne decipiatur cor Deut. XI. 16
vestrum, & recedatis à Domi-
no : * iratusque Dominus clau- 17
dat cælum, pereatisque de terra
optima, quam Dominus datu-
rus est vobis.
* Præbete igitur corda vestra I. Paral. XXII.
& animas vestras, ut quæratis 19
Deum vestrum, *dum inveniri*

Deut. XI. 22 *potest:* * ut diligatis Dominum
Deum, & ambuletis in omnibus viis ejus, adhærentes ei.

Zach. VIII. 21 * Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum; vadam
Cant. III. 2 etiam ego: * quæram quem diligit anima mea, *dum inveniri potest.*

Thren. III. 24 * Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.
25 * Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum, *dum inveniri potest.*



III. MEDITATIO.

De poena sensûs.

Explicatur hæc pœna per colloquium Dei vindicis & animæ pœnitentis.

Anima pœnitens.

Isai. LXVI. 6 * VOx Domini reddentis retributionem inimicis Præparatio hujus meditationis.
Ps. LIV. 16 suis: * *Descendant in infernum vi-*
Ps. L. 6 Job. XVII. 13 *ventes.* * Peccavi, * infernus do-

mus mea est. * Aperite mihi Ps. cxvii. 19
portas justitiæ, ingressus in eas
confitebor Domino.* Tu autem Jer. xi. 20
Domine Sabaoth, qui judicas
justè, & probas renes & corda,
videam ultionem tuam ex eis:
* & judicia tua doce me,* & vir- Ps. cxviii. 108
tutem terribilium tuorum. *Sta- Ps. cxliv. 6
tue servo tuo eloquium tuum, Ps. cxviii. 38
in timore tuo.

Deus.

Inferni descriptio.

* Accedite gentes, & audite, Isai. xxxiv. 1
& populi attendite: audiat ter-
ra, & plenitudo ejus, orbis, &
omne germen ejus. * Quia indi- 2
gnatio Domini super omnes
gentes.

* Nunc consurgam, nunc xxxiii. 10
exaltabor, nunc sublevabor.* Et 12
erunt populi quasi de incendio
cinis, spinæ congregatæ igni
comburentur.

* Discedite à me maledicti in Matth. xxv. 41
ignem æternum, qui paratus est
diabolo, & angelis ejus. * Præ- Isai. xxx. 33
parata est enim ab heri Topheth,
à rege præparata, profunda, &
dilatata. Nutrimenta ejus, ignis
& ligna multa: flatus Domini
sicut torrens sulphuris succen-

xxxiv. 9 dens eam. * Convertentur tor-
rentes ejus in picem, & humus
ejus in ſulphur : & erit terra
10 ejus in picem ardentem.* Nocte
& die non extinguetur, in ſem-
piternum aſcendet fumus ejus.

Apoc. xxi. 8 * Timidis, & incredulis, &
execratis, & homicidis, & for-
nicatoribus, & veneficis, &
idololatris, & omnibus menda-
cibus, pars illorum erit in ſta-
gno ardenti igne & ſulphure.
Iſai. xxiv. 22 * Congregabuntur in congrega-
tione unius faſcis in lacum, &
Apoc. xx. 10 claudentur ibi in carcere, * ubi
cruciabuntur die ac nocte in ſæ-
Ier. L. 15 cula ſæculorum : * quoniam ul-
Iſai. xxxiv. 6 tio Domini eſt. * Victima Do-
Marc. ix. 48 mini in Boſra ; * omnis enim
igne ſalietur, & omnis victima
ſale ſalietur.

Deut. xxxii. 22 * Ignis ſuccenſus eſt in furo-
re meo, & ardebit uſque ad in-
23 ferni noviſſima. * Congregabo
35 ſuper eos mala : * mea eſt ul-
Matth. xxiv. 51 tio, * illic erit fletus & ſtridor
Iſai. xxxiv. 14 dentium. * Erit cubile draco-
num, & occurrent dæmonia
Eccli. xxxix. 33 onocentauris. * Sunt ſpiritus,
qui ad vindictam creati ſunt, &
in furore ſuo confirmaverunt
tormenta ſua.

* Et erit pro ſuavi odore fœtor, Iſai. III. 24
* ignis, & ſulphur, & ſpiritus Pſ. x. 7
procellarum, pars calicis eorum.
* Fel draconum vinum eorum, Deut. XXXII. 33
& venenum aſpidum inſanabile.
* Stillabit furor meus ſuper locum iſtum, & non extinguetur. II. Paral. XXXIV. 25

Anima pœnitens.

Tantus horror expenditur ab anima pœnitente.

* Quis audivit talia horribilia? Jer. XVIII. 13

* Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. Heb. x. 31

* Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & horribilis ſuper omnes Deos. I. Par. XVI. 25

Deus vindex.

Deus objicit illi ſuum in hac re ſluporem,

* Non poſuiſti hæc ſuper cor Iſai. XLVII. 7
tuum, neque recordata es noviſſimi tui. * *Et nunc audi hæc* 8
delicata, & habitans confidenter: * Ira furoris Domini immi- II Par. XXVIII. 13
net; * uſquequò deliciis diſſolvêris. Jer. XXXXI. 22

Et nunc audi delicata: * Quis Iſai. XXXIII. 14
poterit habitare de vobis cum igne devorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?

& neceſſitatem quidlibet patiendi ne

Et nunc audi hæc delicata:
* Si ſcandalizaverit te manus Marc. IX. 42

tua, abſcide illam: bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextin- damnetur.
43 guibilem, * ubi vermis eorum non moritur, & ignis non ex-
44 tinguitur. * Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum: bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam
45 ignis inextinguibilis, *ubi vermis eorum non moritur, & ignis
46 non extinguitur. * Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, ejice eum: bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in
47 gehennam ignis: * ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Matth. III. 7 *Et nunc audi hæc delicata:* * Progenies viperarum, quis demonſtravit vobis fugere à ventura
8 ira? * Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.

Anima pœnitens.

Pſ. CXVIII. 126 * *Tempus faciendi, Domine:* Animæ pœnitentiæ conſilium init,
Job. XVII. 13 * *ſi ſuſtinuero*, infernus domus
Thr. III. 54 mea eſt.* Perii: *tempus faciendi.*
Jer. X. 24 *Si ſuſtinuero,* * *corripe me Do-* & rogat Deũ ut illam à ſe

velit exigere, si non egerit.

mine: verumtamen in judicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.

Corripe me Domine; * dex- Ps. LXXXIX. 11
teram tuam sic notam fac: * & Job. VI. 10
hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti.

Corripe me Domine; * bonum I. Cor. IX. 15
enim est mihi magis * quàm Marc. IX. 44
mitti in gehennam ignis inex-
tinguibilis. * Cùm iratus fueris, Habac. III. 2
misericordiæ recordaberis: * mi- Ps. C. 1
sericordiam, & judicium cantabo tibi, Domine.



IV. MEDITATIO.

Exponitur pœna sensûs per colloquium hominis peccatoris, impii damnati, & Dei vindicis.

Peccator.

Peccator expendit miseriam damnati simul & iram Dei.

* EGo dixi, In dimidio die- Isai. XXXVIII.
rum meorum vadam ad 10
portas inferi. * Mortuus est di- Luc. XVI. 22
ves, & sepultus est in inferno.

Exod. III. 3 * Vadam, & videbo visionem hanc magnam.

Impius damnatus.

Luc. XVI. 24 * Pater, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti in aquam, ut refriret linguam meam, *quia crucior in hac flamma.*

Deus vindex.

25 * Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.

Impius damnatus.

Job. XVI. 13 *Crucior in hac flamma,* * *ego ille quondam opulentus.*

10 * Collegit furorem suum in me, hostis meus terribilibus
11 oculis me intuitus est: * satiati
12 sunt pœnis meis.* Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.

13 * *Ego ille quondam opulentus* repente contritus sum, & posuit me sibi quasi in signum.

14 * Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos,
15 non pepercit. * Concîdit me

vulnere super vulnus, irruit in
me quasi gigas.

Ego ille quondam opulentus, crucior in hac flamma. * Expe- xxx. 26
ctabam bona, & venerunt mihi
mala: præstolabar lucem, &
eruperunt tenebræ. * Interiora 27
mea efferbuerunt absque ulla re-
quie; * cutis mea denigrata est 30
super me, & ossa mea aruerunt
præ caumate. * Versa est in lu- 31
ctum cithara mea, & organum
meum in vocem flentium. *Ego ille quondam opulentus, crucior in hac flamma.*

Deus vindex.

* Plagâ inimici percussi te, Jer. xxx. 14
castigatione crudeli: * propter 15
multitudinem iniquitatis tuæ,
& propter dura peccata tua feci
hæc tibi.

Impius damnatus.

* Deus, cujus iræ nemo resi- Job. ix. 13
stere potest, * usquequò non par- vii. 19
cis mihi, nec dimittis me ut
glutiam salivam meam?

Deus vindex.

* Vindicta carnis impii, ignis Eccli. vii. 19

Sap. xi. 17 & vermis.* Per quæ peccat quis,
Apoc. xviii. 7 per hæc & torquetur; * *quantùm* glorificavit se, & in deliciis fuit, *tantum* date illi tormentum & luctum.


Impius damnatus.

Tantum quantùm.

Job. vi. 2 * Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in
3 statera: * quasi arena maris hæc gravior appareret; unde verba
4 mea dolore sunt plena: * quia sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiri-
12 tum meum: * nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.

Homo peccator.


Matth. xxvi. * Bonum erat ei, si natus non
24 fuisset homo ille. Peccator ex consideratione inferni varias elicit conclusiones ad vitæ emendationem.
Dan. vii. 15 * Horruit spiritus meus, ego
Isai. xxi. 2 territus sum in his. * Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit.
Rom. xiv. 22 * Tu fidem habes?
Eccl. vii. 23 ☞ * *Fac conclusionem.*



* Dives, qui induebatur, Luc.xvi. 19
purpurâ & bysso, & epulabatur
quotidie splendidè, * sepultus est 22
in inferno.

Fac conclusionem.

* Melius est modicum justo, Ps. xxxvi. 16
super divitias peccatorum mul-
tas; * melius est parum cum ti- Prov. xv. 16
more Domini, quàm thesauri
magni & insatiabiles.



* Dixit illi Abraham: Fili, Luc. xvi. 25
recordare quia recepisti bona in
vita tua, & Lazarus similiter
mala: nunc autem hic consola-
tur, tu verò cruciaris.


Fac conclusionem.

* Existimo, quòd non sunt Rom. viii. 18
condignæ passiones hujus tem-
poris ad futuram gloriam, quæ
revelabitur in nobis.

* Beati pauperes, quia vestrum Luc. vi. 20
est regnum Dei; * beati qui 21
nunc esuritis, quia saturabimi-
ni; beati qui nunc fletis: quia
ridebitis.

* Verumtamen væ vobis divi- 24
tibus, quia habetis consolatio-


25 nem veſtram; * væ vobis qui
ſaturati eſtis, quia eſurietis; væ
vobis qui ridetis nunc, quia
lugebitis & flebitis.



Sap. II. 8 * CORONEMUS *nos roſis:*
Eccli. VI. 5 * verbum dulce!
Luc. XVI. 24 * *Crucior in hac flamma:* *ver-
Eccli. XIX. 7 bum nequam & durum!

Fac concluſionem.

Eccle. VII. 3 * Melius eſt ire ad domum
luctûs, quàm ad domum con-
vivii; in illa enim finis cun-
ctorum admonetur hominum, &
vivens cogitat quid futurum ſit.
I. Cor. VII. 31 * Præterit figura hujus mundi,
Jacob. I. 10 * ſicut flos fœni.
Ezec. XX. 47 * Non extinguetur flamma.



Luc. IX. 23 * SI *quis vult poſt me venire,
abneget ſemetipſum, & tollat
crucem ſuam quotidie, & ſe-*
Joan. VI. 61 *quatur me.* * Durus eſt hic ſer-
mo, & quis poteſt eum audire?
Matth. XXV. 41 * *Diſcedite à me maledicti in
Soph. I. 14 ignem æternum.* * Vox diei Do-
mini amara: tribulabitur ibi
fortis.

Fac concluſionem.

* Eamus & nos ut moriamur cum eo ; * exeamus igitur ad eum , improperium ejus portantes. Joan. xi. 16 Heb. xiii. 13

* Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam ; * per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Luc. xxiv. 26 Act. xiv. 21

V. MEDITATIO.

De æternitate pœnarum inferni.

I. PUNCTUM.

Hujus æternitatis rationes.

* IBunt hi in ſupplicium æternum , Matth. xxv. 46

* In ignem æternum , 41

* In domum æternitatis ſuæ : Eccle. xii. 5

Hæ rationes petuntur à termino in quo ſunt dãnati, & ab ira Dei æterna;

* Et in terram ad quam levant animam ſuam ut revertantur illuc , non revertentur. Jer. xxii. 27

* Vocabuntur termini impietatis , & populus cui iratus eſt Dominus uſque in æternum. Mala. i. 4

ab impoſſibilitate ſatisfaciẽdi pro peccatis,

* Luet quæ fecit omnia , *nec tamen conſumetur ;* Job. xx. 18

à peccati

* Non habebit remiſſionem Marc. iii. 29

in æternum, ſed reus erit æter- reatu perſeve-
ni delicti. rante,

Iſai. 9. 19 * *Erit populus quaſi eſca* ab igne in-
LXVI. 24 *ignis*, * & ignis eorum non ex- extincto,
tinguetur.

Erit populus quaſi eſca ignis, ſimul & ab
Iob. XX. 18 * nec tamen conſumetur. * Ecce immortalita-
Iſai. XLVII. 14 facti ſunt quaſi ſtipula, ignis te damnati,
combuſſit eos: *non liberabunt*
animam ſuam de manu flammæ.
Luc. XXIII. 30 * Tunc incipient dicere monti-
bus: Cadite ſuper nos; & colli-
Apoc. VI. 16 bus: Operite nos, * & abſcon-
dite nos à facie ſedentis ſuper
17 thronum, & ab ira agni: * quo-
niam venit dies magnus iræ ip-
ſorum: & quis poterit ſtare?
IX. 6 * Quærent homines mortem, &
non invenient eam: & deſidera-
bunt mori, & mors fugiet ab
eis. *Non liberabunt animam ſuam*
de manu flammæ.

Sap. III. 11 * Vacua eſt ſpes illorum, & ab inutilitate
labores ſine fructu, & inutilia omnium pœ-
17 opera eorum: * in nihilum com- narum & ope-
18 putabuntur, * non habebunt rum,
ſpem.

XIII. 10 * Infelices, * infelices ſupra
XV. 14
IV. 19 modum, * uſque ad ſupremum
Apoc. XX. 10 deſolabuntur: * cruciabuntur die
ac nocte in ſæcula ſæculorum.

Non liberabunt animam suam
de manu flammæ ; * Dominus Judith. XVI. 20
enim omnipotens vindicabit in
eis , in die judicii visitabit illos.
* Dabit enim ignem , & vermes 21
in carne eorum , ut urantur , &
sentiant usque in sempiternum.

II. PUNCTUM.

Impii damnati lamentationes super æternitate suarum pœnarum.

Damnatus frustra obsecrat misericordiam divinam ut sibi parcat ,

* DEus magne & terribilis , Dan. IX. 4
* quis mihi hoc tribuat , Iob. XIV. 13
ut in inferno protegas me , &
abscondas me , donec pertran-
seat furor tuus, & constituas mihi
tempus , in quo recorderis mei ?
* *Væ misero mihi* , * quia tem- Ier. XLV. 3 Apoc. X. 6
pus non erit amplius.
* *Crucior in hac flamma. Væ* Luc. XVI. 24
misero mihi , * quoniam addidit Ier. XLV. 3
Dominus dolorem dolori meo :
laboravi in gemitu meo , & re-
quiem non inveni.

& justitiam , ut destruat illam funditus ,

* Quis det ut veniat petitio Iob. VI. 8
mea , & quod expecto , tribuat
mihi Deus ? * Et qui cœpit , ipse 9

me conterat : ſolvat manum
10 ſuam , & ſuccîdat me ? * Et hæc
mihi ſit conſolatio , ut affligens
me dolore , non parcat , nec
contradicam ſermonibus Sancti.
11 * Quæ eſt enim fortitudo mea ,
ut ſuſtineam ? aut *quis finis meus*,
ut patienter agam ?

Quis finis meus ?

I. Reg. XIV. 43 *Væ miſero mihi ! * guſtans gu-
ſtavi paululum mellis , & ecce
ego morior. Crucior in hac flam-
ma , & ecce ego morior. Ecce ego*
II. Reg. I. 9 *morior* , * & adhuc tota anima
Pſ. CXVII. 17 mea in me eſt. * Non moriar ,
Iob. VII. 16 ſed vivam. * Deſperavi , nequa-
quam ultra jam vivam: *quia cru-
cior in hac flamma.*

miſeriam ſuã nunquam finiendam deplorat,

*Guſtans guſtavi paululum mel-
lis.*

Sap. V. 9 * *Tranſierunt illa omnia* tan-
Iob. XIX. 8 quam umbra , * & tranſire non
poſſum.
Pſ. CX. 3 *Tranſierunt omnia* , * & juſti-
tia ejus manet in ſæculum ſæ-
culi.
Pſ. CI. 13 *Tranſierunt omnia* ; * tu au-
tem Domine in æternum perma-
28 nes ; * tu autem idem ipſe es ,
& anni tui non deficient.

Væ miſero mihi.

& variis maledictionibus detestatur nativitatem suam,

* Maledicta dies, in qua na- Ier. xx. 14
tus sum. * Maledictus vir, qui 15
annuntiavit patri meo dicens:
Natus est tibi puer masculus,
* qui non me interfecit à vulva, 17
ut fieret mihi mater mea sepul-
chrum. * Quare de vulva egres- 18
sus sum, ut viderem laborem &
dolorem?

Væ misero mihi, *qui utinam Iob. x. 18
consumptus essem, ne oculus
me videret: * fuissem quasi non 19
essem.

Quis finis meus? * Quare fa- Ier. xv. 18
ctus est dolor meus perpetuus,
& plaga mea desperabilis renuit
curari?

educationem,

* Quare non in vulva mor- Iob. iii. 11
tuus sum, egressus ex utero non
statim perii? * Quare exceptus 12
genibus? cur lactatus uberibus?

& probæ vitæ incuriam.

* Cur detestatus sum discipli- Prov. v. 12
nam, & increpationibus non
acquievit cor meum, * nec au- 13
divi vocem docentium me, &
magistris non inclinavi aurem
meam?

Væ misero mihi.

Quis finis meus!

III. Punctum.

Hominis peccatoris considerationes super æternitate impii damnati.

Ier. xxx. 15 * *QVid clamas, Quare fa-
ctus est dolor meus perpe-*
11. 17 *tuus ?* * Numquid non istud fa-
ctum est tibi, quia dereliquisti
Dominum Deum tuum eo tem-
pore, quo ducebat te per viam ?
Heb. vi. 10 *Quid clamas ?* * non enim inju-
Iob. xxii. 4 stus Deus. * Numquid timens
arguet te, & veniet tecum in
5 judicium,* & non propter mali-
tiam tuam plurimam, & infini-
tas iniquitates tuas ?

Peccator attendit, nullam habere damnatum justā causam de Deo conquerendi ;

Ier. xxx. 15 * Quid clamas super contri-
tione tua ? Insanabilis est dolor
Isai. xlvii. 15 tuus : * non est qui salvet te.
Quid clamas, Quis finis meus ?
Ezech. xxi. 3 * Hæc dicit Dominus Deus :
5 * Ego Dominus eduxi gladium
meum de vagina sua irrevoca-
xx. 33 bilem : * in manu forti, & in
brachio extento, & in furore
Ier. xvii. 4 effuso regnabo super vos ; * quo-
niam ignem succendisti in fu-

nullum finem posse expectari in æternitate :

rore meo, uſque in æternum ar-
debit.

Quid clamas, Quis finis meus?

vel qualicumque computatione fingi;

* In longiturnis diebus, in Bar. IV. 35
multitudine temporis, * poſt fi- Ezech. XXIX. 13
nem quadraginta annorum,
* *nondum eſt finis*. * In his om- Matth. XXIV. 6
nibus non eſt averſus furor ejus, Iſai. V. 25
ſed adhuc manus ejus extenta.
* Hæc autem omnia initia ſunt Matth. XXIV. 8
dolorum.

* Cùm conſummati fuerint Apoc. XX. 7
mille anni: * mille anni ſicut II. Pet. III. 8
unus dies. *Nondum eſt finis.* * In Iſai. IX. 12
omnibus his non eſt averſus fu-
ror ejus, ſed adhuc manus ejus
extenta.

* Arenam maris, & pluviæ Eccli. I. 2
guttas, & dies ſæculi quis di-
numeravit? * Numera ſtellas, Gen. XV. 5
ſi potes: * ſi quis poteſt homi- XIII. 16
num numerare pulverem ter-
ræ: * Si plures fuerint anni, Lev. XXV. 51
nondum eſt finis. * In omnibus Iſai. IX. 17
his non averſus eſt furor ejus,
ſed adhuc manus ejus extenta.

* Dominus Deus addat ad Deut. I. 11
hunc numerum multa millia,
nondum eſt finis;

* *Sed perditus in æternum* Jer. LI. 26
eris.

In æternum!

Rom. xvi. 25 * Temporibus æternis,
Iſai. xxvi. 4 * In ſæculis æternis,
Dan. xii. 3 * In perpetuas æternitates,
Exod. xv. 18 * In æternum & ultra,
Gen. xxvii. 33 * Et ultra quàm credi poteſt.

Job. xx. 29 * Hæc eſt pars hominis impii à Domino Deo.

Dan. xiii. 42 Pſ. lxxxix. 11 * *Deus æterne*, * quis novit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Job. xxxvi. 26 * Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum ejus inæſtimabilis. Pſ. cxviii. 142, 160 *Deus æterne*, * juſtitia tua, juſtitia in æternum, * in æternum omnia judicia juſtitiæ tuæ.

Ezech. xxi. 25 * Tu autem profane, impie, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita, Luc. xxiii. 40 * neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es? Job. xviii. 4 **Perdis animam tuam in furore tuo*; Ezech. xx. 32 * igni eris cibus Mich. iv. 5 * in æternum & ultra.

ſe verò furioſam eſſe, qui ſic vivat æternæ damnationis periculo obnoxius.

Apoc. ii. 5 * *Age pœnitentiam*; II. Cor. iv. 17 * id enim, quod in præſenti eſt, momentaneum & leve tribulationis noſtræ.

Perdis animam tuam in furore tuo.

* Quaſi à facie colubri fuge peccata : & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te ; *perditus in æternum eris.* Eccli. xxi. 2

* Quæ videntur, temporalia ſunt : quæ autem non videntur, æterna ſunt. II. Cor. iv. 18

Age pœnitentiam.



DUÆ



DUÆ

MEDITATIONES

PRO PRÆPARATIONE AD CONTRITIONEM PERFECTAM.

PRIMA MEDITATIO.

De justitia & misericordia Dei.

PRIMUM PUNCTUM.

De justitia Dei quæ magna & magnopere timenda esse arguitur ex variis exemplis.

Ps. v. 2 *  ERBA mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum;
3 * intende voci orationis meæ, Rex meus & Deus

Peccator se sistit præsentem justitiæ, & sanctitati Dei: & circa eas exercet fidem suam:

meus. * Quoniam ad te orabo, 4
Domine manè exaudies vocem
meam.
* Manè aſtabo tibi, & vide- 5
bo: quoniam non Deus volens
iniquitatem tu es. * Mundi ſunt Habac. I. 13
oculi tui ne videas malum, &
reſpicere ad iniquitatem non
poteris.
* Odio ſunt Deo impius & Sap. XIV. 9
impietas ejus. * Juſtus Dominus Pſ. CXLIV. 17
in omnibus viis ſuis, & ſanctus
in omnibus operibus ſuis.
deinde conſiderat, ſibique aptat exemplum angelorum rebelliũ,
* Ecce qui ſerviunt ei non Job. IV. 18
ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis
reperit pravitatem. * Factum eſt Apoc. XII. 7
prælium magnum in cælo: Mi-
chaël & angeli ejus præliaban-
tur cum dracone, & draco pu-
gnabat, & angeli ejus: * & non 8
valuerunt: neque locus inven-
tus eſt eorum ampliùs in cælo.
* Projectus eſt draco ille ma- 9
gnus, ſerpens antiquus, qui vo-
catur diabolus, & ſatanas, qui
ſeducit univerſum orbem: &
projectus eſt in terram, & an-
geli ejus cum illo miſſi ſunt:
* & cauda ejus trahebat tertiam 4
partem ſtellarum cæli. * Non Judæ, 6
ſervaverunt ſuum principatum,

ſed dereliquerunt ſuum domici-
lium.

Iſai. xiv. 12 * Quomodo cecidiſti de cælo,
13 Lucifer ? * Dicebas in corde tuo:
In cælum conſcendam, ſuper
aſtra Dei exaltabo ſolium meum,
14 * ſimilis ero Altiſſimo.* Detracta
11 I. Cor. xv. 52 eſt ad inferos ſuperbia tua, * in
Luc. x. 18 momento, in ictu oculi, * ſi-
cut fulgur.

II. Pet. ii. 4 * Si Deus angelis peccanti-
bus non pepercit, ſed rudenti-
bus inferni detractos in tarta-
rum tradidit cruciandos, in ju-
Iudæ. 6 dicium reſervari, * in judicium
magni diei vinculis æternis ſub
Iob. iv. 19 caligine : * quantò magis hi qui
habitant domos luteas, qui ter-
renum habent fundamentum,
20 conſumentur velut à tinea ? * De
manè uſque ad veſperam ſucci-
dentur : & quia nullus intelligit,
in æternum peribunt.

Gen. iii. 9 * Vocavit Dominus Deus A- exemplum
11 dam, & dixit ei : Ubi es ? * Quis Adæ ejuſque
indicavit tibi quòd nudus eſſes, poſteritatis,
niſi quòd ex ligno de quo præ-
ceperam tibi ne comederes, co-
17 mediſti ? * Maledicta terra in
opere tuo : in laboribus come-
des ex ea cunctis diebus vitæ

tuæ. * Spinas & tribulos germi- 18
nabit tibi, * in sudore vultûs 19
tui vescêris pane, donec rever-
taris in terram de qua sumptus
es, quia pulvis es & in pulve-
rem reverteris. * Et emisit eum 23
Dominus Deus de paradiso vo-
luptatis, * ejecitque; * propter- 24 Rom. v. 12
ea per unum hominem pecca-
tum in hunc mundum intravit,
& per peccatum mors: & ita
in omnes homines mors pertran-
siit, in quo omnes peccaverunt;
* judicium ex uno in condem- 16
nationem.

* Adam exemplum meum. Zach. XIII. 55
* Quantò magis abominabilis Job. xv. 16
& inutilis homo, qui bibit qua-
si aquam iniquitatem, * exter- Exod. xxx. 33
minabitur de populo suo?

exemplum hominum penè omnium tempore diluvii,

* Videns Dominus quòd mul- Gen. vi. 5
ta malitia hominum esset in ter-
ra, & cuncta cogitatio cordis
intenta esset ad malum omni
tempore, * pœnituit eum quòd 6
hominem fecisset in terra; &
tactus dolore cordis intrinsecùs,
* Delebo, inquit, hominem 7
quem creavi, à facie terræ. * Ec- 17
ce ego adducam aquas diluvii
super terram, ut interficiam om-

nem carnem, in qua ſpiritus vi-
VII. 17 tæ eſt ſubter cælum. * Factúm-
que eſt diluvium: univerſi ho-
21. & 22. mines, * & cuncta in quibus
ſpiraculum vitæ eſt in terra,
mortua ſunt.

Amos. III. 8 * Quis non timebit?* Si enim
II. Pet. II. 4. & 5 Deus * originali mundo non
pepercit, ſed octavum Noë
juſtitiæ præconem cuſtodivit,
diluvium mundo impiorum in-
Matth. XIX. 25 ducens; * quis poterit ſalvus
eſſe?

II. Pet. II. 6 * Si civitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens everſione damnavit, exemplum eorum qui impiè
10 acturi ſunt, ponens: * magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ am-
Heb. x. 26 bulant, * poſt acceptam noti-
II. Pet. II. 3 tiam veritatis, * quibus judicium jam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. exemplum Sodomorum,

Job. XV. 17 * Quod vidi narrabo. * Vidi
Pſ. XXXVI. 35 impium ſuperexaltatum, & ele-
36 vatum ſicut cedros Libani: * &
tranſivi, & ecce non erat: &
quæſivi eum, & non eſt inven-
Eccle. VIII. 10 tus locus ejus. * Vidi impios ſe-
pultos, qui etiam cùm adhuc & aliorum privatorum hominum quos ipſe novit:

viverent, in loco sancto erant,
& laudabantur in civitate quasi
justorum operum. * Vidi eos, Job. IV. 8
qui operantur iniquitatem, &
seminant dolores, & metunt
eos, * flante Deo periisse, & 9
spiritu iræ ejus esse consumptos;
* qui cùm justitiam Dei cogno- Rom. I. 32
vissent, non intellexerunt quo-
niam qui talia agunt digni sunt
morte.

quibus exemplis si quis non cedat, cõcludit, id fieri non posse,

* Propter quod inexcusabilis II. 1
es, ô homo omnis, qui judi-
cas; in quo enim judicas alte-
rum, teipsum condemnas: ea-
dem enim agis quæ judicas;
* scimus enim quoniam judi- 2
cium Dei est secundùm verita-
tem in eos qui talia agunt.

nisi vel ex falsa spe effugiendi judicii divini,

* Existimas autem hoc, ô 3
homo qui judicas eos qui talia
agunt, & facis ea, quia tu ef-
fugies judicium Dei?

vel ex contemptu misericordiæ divinæ;

* An divitias bonitatis ejus, & 4
patientiæ, & longanimitatis con-
temnis? Ignoras quoniam be-
nignitas Dei ad pœnitentiam te
adducit? * secundùm autem du- 5
ritiam tuam & impœnitens cor
thesaurizas tibi iram in die iræ
& revelationis justi judicii Dei.

Judith. VIII. * Sed quia patiens Dominus — ex qua tandē concludit, pœnitendum esse vitæ præteritæ.
14 est, in hoc ipso pœniteamus,
& indulgentiam ejus fusis lacri-
15 mis postulemus; * non enim
quasi homo sic Deus commina-
bitur, neque sicut filius hominis
ad iracundiam inflammabitur.
16 * Et ideo humiliemus illi animas
nostras: & in spiritu constituti
17 humiliato servientes illi, * dica-
mus flentes Domino, ut secun-
dùm voluntatem suam sic faciat
nobiscum misericordiam suam.

II. Punctum.

De singulari Dei misericordia erga peccatorem unum ex multis ad pœnitentiam reservatum.

Job. XXXIII. 27 * PEccavi & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi. — Homo pœnitens hanc in se gratiam agnoscit,

Gal. II. 20 * Quod autem nunc vivo, *
Dan. IV. 31 & sensus meus redditus est mihi:
Luc. I. 43 * unde hoc mihi? * Quis enim
I. Cor. IV. 7 te discernit? *
Rom. IX. 16 Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

Ps. C. 1 * *Misericordiam & judicium*

eamque à sola Dei misericordia sibi provenisse confitetur.

cantabo tibi, Domine; * quia Isai. xxxviii. 18
non infernus confitebitur tibi,
neque mors laudabit te: non
expectabunt qui descendunt in
lacum, veritatem tuam.* Vivens 19
vivens ipse confitebitur tibi, si-
cut & ego hodie.

* Misericordiæ Domini, quia Thr. iii. 22
non sumus consumpti, quia non
defecerunt miserationes ejus.
* Nisi Dominus exercituum re- Isai. i. 9
liquisset nobis semen, quasi So-
doma fuissemus, & quasi Go-
morrha similes essemus.* Reple- Ps. lxxxvii. 4
ta est malis anima mea: & vita
mea inferno appropinquavit;
* nisi quia Dominus adjuvit me: Ps. xciii. 17
paulominus habitasset in infer-
no anima mea.

Singulare autem ejus privilegium mirificè extollit comparando seipsum, cum multis peccatoribus, quibus non fuit concessa talis gratia, æque ac sibi licèt indignissimo,

Misericordiam & judicium
cantabo tibi, Domine. * Vidi Job. iv. 8
eos qui operantur iniquitatem,
flante Deo periisse. * Perdidisti Ps. lxxii. 27
omnes: * tenuisti manum dex- 24
teram meam, & in voluntate
tua deduxisti me.

* Occidisti, nec pepercisti: Thr. iii. 43
* vitam & misericordiam tri- Job. x. 12
buisti mihi.

* Exterminati sunt, & ad in- Bar. iii. 19
feros descenderunt: * tu autem Isai. xxxviii. 17

eruisti animam meam, ut non
periret: projecisti post tergum
tuum omnia peccata mea.
Ps. v. 5 * Non Deus volens iniquita-
6 tem tu es, * neque habitabit
juxta te malignus, neque per-
manebunt injusti ante oculos
7 tuos: * odisti omnes qui ope-
Isai. ii. 6 rantur iniquitatem, * projecisti,
Sap. xii. 14 * perdidisti;
Ps. v. 8 * *Ego autem in multitudine
misericordiæ tuæ introibo in do-
mum tuam.*
Eccli. xxvii. 33 *Ego autem*, * vir peccator,
Joan. viii. 34 * servus peccati, * in peccatis
ix. 34 natus totus:
Iob. xv. 16 *Ego autem*, * abominabilis
Sap. iv. 10 & inutilis homo, * vivens inter
I. Tim. i. 15 peccatores, * quorum primus ego
sum:
Ps. v. 8 * *Ego autem in multitudine
misericordiæ tuæ introibo in do-
mum tuam*, adorabo ad tem-
plum sanctum tuum in timore
tuo.
Ps. xci. 10 * Ecce, inimici tui Domine, & cum aliis
ecce, inimici tui peribunt, & multis, qui-
dispergentur omnes qui ope- bus non con-
Ps. v. 7 rantur iniquitatem; * perdes cedetur.
omnes qui loquuntur men-
Ps. liv. 24 dacium: * non dimidiabunt

dies ſuos; ego autem ſperabo
in te, Domine,* & ſenectus mea Pſ. xci. 11
in miſericordia uberi.

* Qui autem reliqui fuerint, Iob. iv. 21
morientur, & non in ſapientia;
*ego autem in multitudine miſe-
ricordiæ tuæ introibo in domum
tuam.*

* Venite, audite, & narrabo, Pſ. lxv. 16
omnes qui timetis Deum, quan-
ta fecit animæ meæ. * Confite- Pſ. cxxxv. 1
mini Domino quoniam bonus,
quoniam in æternum miſericor-
dia ejus.

II. MEDITATIO.

De miſericordia Dei erga peccatores pœnitentes.

Per colloquium Jeſu-Chriſti, & peccatoris pœnitentis.

I. Punctum.

Divinæ miſericordiæ primus effectus, peccatorum omnium remiſſio.

Peccator pœnitens.

Peccator ad imitationem filii prodigi,

* DEreliquiſti Dominum, Ier. ii. 17
* fontem aquæ vivæ: * & 13
18

& nunc quid tibi vis in via Æ- peccatorum
gypti ut bibas aquam turbidam? conscientia
Ps. xxxvii. 7 * Miser factus sum. * Quanti & miseria sua
Luc. xv. 17 mercenarii in domo patris mei turbatus,
abundant panibus : ego autem
hîc fame pereo.

Iob. xxiii. 2 * In amaritudine est sermo
16 meus: * Deus mollivit cor meum,
& omnipotens conturbavit me;
15 * idcirco à facie ejus turbatus
sum, & considerans eum, ti-
more sollicitor.

Luc. 15. 18 * Surgam, & ibo ad patrem
meum.

Isai. xxxviii. * Quid dicam, aut quid re-
15 spondebit mihi?

Ps. l. 5 * *Iniquitatem meam ego co-* anxius autem
Gen. iv. 13 *gnosco:* * major est iniquitas mea, de venia, de-
quàm ut veniam merear. liberat quid
agat;

Luc. xv. 18 * Surgam, & ibo ad patrem
meum, & dicam ei : Pater....

Iniquitatem meam ego cogno-
19 *sco* : * jam non sum dignus vo-
cari filius.

Ps. xii. 2 * Quamdiu ponam consilia
in anima mea, dolorem in cor-
de meo per diem?

Luc. xv. 18 * Surgam, & ibo ad patrem fiduciâ tamen
meum, & dicam ei : Pater, pec- erectus, se
cavi in cælum & coram te : præsentem si-
I. Esd. ix. 6 * Deus meus confundor, & eru- stit Iesu, &
ejus implorat
misericordiã,

besco levare faciem meam ad te.
* Sed misereris omnium, quia Sap.xi. 24
omnia potes, & dissimulas pec-
cata hominum propter pœniten-
tiam; * diligis enim omnia quæ 25
sunt, & nihil odisti horum quæ
fecisti. * Parcis autem omnibus: 27
quoniam tua sunt *Domine, qui*
amas animas.

Jesus misericors.

Iesus consolatur & confirmat illum ex amore suo erga peccatores omnes.

* Noli timere, quia rede- Isai. xliii. 1
mi te; * ne timeas, quia ego xli. 10
tecum sum, confortavi te, &
auxiliatus sum tibi.
* Nolo mortem impii, sed ut Ezech. xxxiii.
convertatur impius à via sua, 11
& vivat. * Venit filius hominis Luc. xix. 10
quærere & salvum facere quod
perierat. * Non necesse habent Marc. ii. 17
sani medico, sed qui malè ha-
bent. Non veni vocare justos,
sed peccatores. * Venite ad me Matth. xi. 28
omnes qui laboratis & onerati
estis, & ego reficiam vos.

Peccator pœnitens.

Peccator hûc sibi amorem deposcit.

* Domine, *jube me ad te* xiv. 28
venire. * Domine Deus mise- Ps. lxxxv. 15
rator & misericors, patiens &
multæ misericordiæ, & verax,

16 * reſpice in me, & miſerere mei,
Jer. xxxi. 18 * converte me, & convertar.
Pſ. cxviii. 176 * Erravi ſicut ovis quæ periit;
Pſ. xxxiv. 3 quære ſervum tuum. * Dic animæ
Cant. ii. 14 meæ : Salus tua ego ſum; * ſonet
vox tua in auribus meis.

Domine, qui amas animas, jube me venire ad te.

Jeſus miſericors.

Matth. xiv. 29 * VENI; * in charitate perpe- Jeſus ex eo amore, qué extollit comparatione matris,
Jer. xxxi. 3 tua dilexi te : ideo attraxi te mi-
Iſai. xlix. 15 ſerans. * Nunquid obliviſci
poteſt mulier infantem ſuum,
ut non miſereatur filio uteri
ſui? Et ſi illa oblita fuerit,
ego tamen non obliviſcar tui.
16 * Ecce, in manibus meis de-
ſcripſi te.
Matth. ix. 2 * Confide : * *ego ſum paſtor* boniq;ue paſtoris,
Joan. x. 11 *bonus*, * qui habet centum oves:
Luc. xv. 4 & ſi perdiderit unam ex illis,
nonne dimittit nonaginta-no-
vem in deſerto, & vadit ad il-
lam quæ perierat, donec inve-
5 niat eam? * & cùm invenerit
eam, imponit in humeros ſuos
6 gaudens : * & veniens domum,
convocat amicos & vicinos, di-
cens illis : Congratulamini mi-
hi, quia inveni ovem meam

quæ perierat ? * Dico vobis, 7
quod ita gaudium erit in cælo
super uno peccatore pœniten-
tiam agente, quàm super nona-
ginta-novem justis qui non in-
digent pœnitentiâ.

remittit peccatori omnia peccata,

Ego sum pastor bonus, * *confide* Matth. IX. 2
fili, remittuntur tibi peccata tua.
* Qui habet aures audiendi au- Luc. XIV. 35
diat: *Congratulamini mihi om-*
nes, quia inveni ovem quæ per-
ierat; * congratulamini mihi, XV. 9
quia inveni drachmam quam
perdideram; *congratulamini mi-*
hi : * hic filius meus mortuus 24
erat, & revixit: perierat, & in-
ventus est.

& sibi gratulatur ejus cõversionem;

Peccator pœnitens.

Pœnitens hanc acceptat gratiam animo humili & contrito.

* Peccavi *in cælum & coram* 18
te: * jam non sum dignus vocari 19
filius tuus. Fac me sicut unum
de mercenariis tuis.

Jesus misericors.

Confide, *fili, remittuntur tibi*
peccata tua; * ergo saltem amo- Ier. III. 4
do voca me, *Pater meus.*

Peccator pœnitens.

* Pater, peccavi in cælum Luc. XV. 21
& coram te.

II. Cor. I. 3 *Pater*, * Pater misericordiarum & Deus totius consolationis; * Pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ.

Ps. LXXXVIII. 27

II. PUNCTUM.

Divinæ misericordiæ erga peccatores pœnitentes secundus effectus.

Hominis per peccatum depravati integra sanatio.

Peccator pœnitens.

II. Reg XXIV. 10 PATER, *peccavi in cœlum & coram te*; * peccavi valde: sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stultè egi nimis.

Pœnitens agnoscit talem in seipso depravationem magno affectus doloris sensu;

Jer. XXXI. 19 * Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium

Ps. LXVIII. 3 adolescentiæ meæ; * infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Ps. XVI. 9 * Inimici mei animam meam

Cant. V. 7 circumdederunt: * percusserunt

Ps. 37. 6 me, & vulneraverunt me. * Putruerunt & corruptæ sunt cica-

trices meæ à facie insipientiæ
meæ.
* Miser factus sum, & cur- 7
vatus sum usque in finem, tota
die contristatus ingrediebar:
* quoniam lumbi mei impleti 8
sunt illusionibus, & non est sa-
nitas in carne mea.
* Cor meum conturbatum est, 11
dereliquit me virtus mea, &
lumen oculorum meorum, &
ipsum non est mecum. * Omne Isai. I. 5.
caput languidum, & omne cor
mœrens: * à planta pedis usque 6
ad verticem non est sanitas.
* Miserere mei, Domine, Ps. VI. 3
quoniam infirmus sum: sana
me, Domine, quoniam con-
turbata sunt ossa mea, * & ani- 4
tantarum ægritudinum curationem ferventer & confidenter petit à Jesu; ma mea turbata est valde: sed
tu, Domine, usquequo? * Con- 5
vertere, Domine, & eripe ani-
mam meam; * libera me de Ps. L. 16
sanguinibus, Deus, Deus sa-
lutis meæ; * sana animam Ps. XL. 5
meam, quia peccavi tibi.
* Sana me, Domine, & sana- Jer. XVII. 14
bor.
Domine, qui amas animas;
* Domine, si vis, potes me Matth. 8. 2
mundare.

Jesus misericors.

3 * Volo, mundare. * Spiri- hanc Jesus certam illi promittit:
Isai. LXI. 1 tus Domini super me, eo quòd
unxerit Dominus me, ut mede-
Ier. XXX. 17 rer contritis corde. * A vulneri-
Isai. I. 18 bus tuis sanabo te. * Si fuerint
peccata vestra ut coccinum, qua-
si nix dealbabuntur : & si fue-
rint rubra quasi vermiculus, ve-
lut lana alba erunt.

Peccator pœnitens.

Ps. L. 3 * Miserere mei, Deus, ut autem impensiùs adhibeatur, rogat instanter pœnitens.
secundùm magnam misericor-
diam tuam, & secundùm mul-
titudinem miserationum tuarum
4 dele iniquitatem meam. * *Am-*
plius lava me ab iniquitate mea,
& à peccato meo munda me.
9 * Asperges me hyssopo, & mun-
dabor, lavabis me, & super ni-
vem dealbabor. *Ampliùs lava*
Joan. XIII. 9 *me*, * non tantùm pedes meos,
Ps. XXV. 7 sed & manus & caput, * ut au-
Joan. XIII. 10 diam vocem laudis : * est mun-
dus totus.

Jesus misericors.

Confide, *fili*, *remittuntur* Monenti verò Jesu, ut jam sanus factus
v. 14 *tibi peccata tua.* * Ecce sanus

caveat à recidivo morbo, factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi contingat.

Peccator pœnitens.

ita fore pœnitens spondet.

* QUAM dulcia faucibus meis Ps. cxviii. 103
eloquia tua, super mel ori meo?
* A mandatis tuis intellexi, 104
propterea odivi omnem viam
iniquitatis. * Lucerna pedibus 105
meis verbum tuum, & lumen
semitis meis. * Juravi & statui 106
custodire judicia justitiæ tuæ.

III. PUNCTUM.

Divinæ misericordiæ erga peccatores pœnitentes tertius effectus.

Hominis restitutio in pristinum bonorum spiritualium statum.

Peccator pœnitens.

Pœnitens revocat in memoriam felicem innocentiæ statum, ex quo excidit,

* QUIA semel cœpi, loquar ad Dominum meum, Gen. xviii. 27
cùm sim pulvis & cinis.
* *Quis mihi tribuat*, ut sim Iob. xxix. 2
juxta menses pristinos, secundùm dies quibus Deus custodie-

3 bat me : * quando ſplendebat
lucerna ejus ſuper caput meum ,
& ad lumen ejus ambulabam in
4 tenebris ; * ſicut fui in diebus
adoleſcentiæ meæ , quando ſe-
cretò Deus erat in tabernaculo
5 meo : * quando erat Omnipo-
tens mecum.

Iob. xiv. 4 *Quis mihi tribuat?* * Nonne
tu qui ſolus es, *Domine qui amas
animas ?*

Pſ. vi. 11 * Erubeſcant & conturbentur
vehementer omnes inimici mei.
Iob. xxx. 13 * Diſſipaverunt itinera mea :
inſidiati ſunt mihi & prævalue-
Pſ. xxxiv. 17 runt. * Domine , quando reſpi-
cies ? Reſtitue animam meam à
malignitate eorum , à leonibus
unicam meam.

& ut in eum reſtituatur , quantùm fieri poteſt enixè rogat.

Pſ. l. 12 * Cor mundum crea in me ,
Deus , & ſpiritum rectum in-
14 nova in viſceribus meis ; * redde
mihi lætitiam ſalutaris tui , &
ſpiritu principali confirma me.

Pſ. xvi. 7 * Mirifica miſericordias tuas ,
qui ſalvos facis ſperantes in te ;
8 * à reſiſtentibus dexteræ tuæ cu-
ſtodi me ut pupillam oculi ; ſub
umbra alarum tuarum protege
9 me , * à facie impiorum qui me
afflixerunt.

Jesus misericors.

Hanc pœnitenti promittit Iesus restitutionem,

CONFIDE, *fili, remittuntur tibi peccata tua.*
* Qui habet aures audiendi, Luc. VIII. 8
audiat:
* Citò proferte stolam pri- XV. 22
mam, & induite illum, & date
annulum in manum ejus, & cal-
ceamenta in pedes ejus: * & ad- 23
ducite vitulum saginatum, &
occidite, & manducemus, &
epulemur: * quia hic filius meus 24
mortuus erat, & revixit.
* Impietas impii non nocebit Ezech. XXXIII.
ei, in quacumque die conversus 12
fuerit ab impietate sua: * om- 16
nia peccata, quæ peccavit, non
imputabuntur ei.

& quæ sint ex ea provenientia bona illum docet.

Confide, fili: * ego sum Do- Exod. XX. 5
minus Deus tuus, * faciens mi- 6
sericordiam in millia his qui di-
ligunt me. * Convertam eos, quia Zach. X. 6
miserebor eorum: & erunt sicut
fuerunt quando non projeceram
eos; ego enim Dominus Deus
eorum, & exaudiam eos. * Et 7
erunt quasi fortes Ephraim, &
lætabitur cor eorum, quasi à
vino: & lætabuntur, & exulta-
bit cor eorum in Domino. * Con- 12

fortabo eos in Domino, & in
nomine ejus ambulabunt.

Ose. II. 19 *Confide, fili*: * ſponſabo te
mihi in ſempiternum: & ſpon-
ſabo te mihi in juſtitia, & ju-
dicio, & in miſericordia, & in
20 miſerationibus; * & ſponſabo
te mihi in fide: & ſcies quia
ego Dominus.

Iſai. LX. 5 * Tunc videbis, & afflues,
& mirabitur & dilatabitur cor
Job. XXII. 26 tuum; * tunc ſuper Omnipo-
tentem deliciis afflues, & eleva-
27 bis ad Deum faciem tuam. * Ro-
gabis eum, & exaudiet te, &
28 vota tua reddes.* Decernes rem,
& veniet tibi, & in viis tuis
ſplendebit lumen.

Iſai. LXI. 1 * Spiritus Domini ſuper me:
miſit me ut mederer contritis
2 corde; * ut conſolarer omnes
3 lugentes,* & darem eis coronam
pro cinere, oleum gaudii pro
luctu, pallium laudis pro ſpiritu
II. Reg. XII. 8 mœroris: * & ſi parva ſunt iſta,
adjiciam tibi multò majora.

Confide, fili, remittuntur tibi
I. Reg. IX. 20 *peccata tua*; * & cujus erunt op-
tima quæque Iſraël? Nonne
tibi?

Peccator pœnitens.

Inde pœnitens erumpit in affectus admirationis, gaudii, & fiduciæ.

* QUAM magna misericordia Eccli.xvii. 28
Domini, & propitiatio illius
convertentibus ad se! * O quàm Sap. xii. 1
bonus & suavis est, Domine,
spiritus tuus in omnibus!* Ubi Rom. v. 20
abundavit delictum, superabundavit gratia.

* Confitebor tibi, Domine, Isai. xii. 1
quoniam iratus es mihi: conversus est furor tuus, & consolatus es me. * Ecce Deus sal- 2
vator meus, fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Peccator pœnitens.

Gratè inquirit, quid reddat Domino pro conversione sua, cujus gratiam expendit benedicens Deo,

* QUID *retribuam Domino* Ps. cxv. 12
pro omnibus quæ retribuit mihi?

* Benedic, anima mea, Do- Ps. cii. 1
mino, & omnia quæ intra me
sunt nomini sancto ejus, * be- 2
nedic anima mea Domino: & noli oblivisci omnes retributio-

3 nes ejus, * qui propitiatur om-
nibus iniquitatibus tuis, qui ſa-
nat omnes infirmitates tuas,
4 * qui redimit de interitu vitam
tuam, qui coronat te in miſe-
5 ricordia & miſerationibus, * qui
replet in bonis deſiderium tuum:
renovabitur ut aquilæ juventus
tua.

10 * Non ſecundùm peccata no-
ſtra fecit nobis: neque ſecun-
dùm iniquitates noſtras retribuit
11 nobis; * quoniam ſecundùm
altitudinem cæli à terra corro-
boravit miſericordiam ſuam ſu-
per timentes ſe.

12 * Quantùm diſtat Ortus ab
Occidente, longè fecit à nobis
13 iniquitates noſtras. * Quomodo
miſeretur pater filiorum, mi-
ſertus eſt Dominus timentibus
ſe.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? & proponit multa, quæ ultro daret, ſi accepta forent Deo,

Mich. VI. 6 * Quid dignum offeram Do-
mino? Curvabo genu Deo
excelſo? Numquid offeram ei
holocautomata, & vitulos anni-
7 culos? * Numquid placari poteſt
Dominus in millibus arietum,
aut in multis millibus hircorum

pinguium? Numquid dabo pri-
mogenitum meum pro ſcelere
meo, fructum ventris mei pro
peccato animæ meæ?
* Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. — Pſ. xv. 2
* *Si voluiſſes, ſacrificium dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis.* — Pſ. l. 18

Si voluiſſes,* & bona mea, — Luc. xii. 18
* & quidem vitam meam *dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis.* — Act. xxvi. 4

Quid dignum offeram Domino?

Jeſus miſericors.

Jeſus aperit quid requirat à pœnitente, nempe cor illius.

* INDICABO *tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te:* Utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. — Mich. vi. 8

*Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum:** Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. — Pſ. l. 19

Indicabo tibi quid Dominus requirat: * *Præbe, fili mi, cor tuum mihi:* & oculi tui vias meas cuſtodiant. — Prov. xxiii. 26

Peccator pœnitens.

* HÆC dicit Dominus redem- — Iſai. xlix. 7
ptor

ptor Iſraël, ſanctus ejus, ad contemptibilem animam: *Præbe, fili mi, cor tuum mihi.* Pœnitens humiliter ſtupet munus à Deo poſtulari tam indignum ſe ipſo:

Mich. VII. 18 * Quis Deus ſimilis tui?

Eſt. V. 6 * Quid petis ut detur tibi?

Iſai. XLIV. 20 * Cor inſipiens,

Pſ. C. 4 * Cor pravum,

Dan. V. 21 * Cor cum beſtiis terræ poſitum,

Levit. XIII. 45 * contaminatum & ſordidum.

Jeſus miſericors.

Act. X. 15 * QUOD Deus purificavit, tu commune ne dixeris. *Præbe, fili mi, cor tuum mihi.* Inſiſtit Jeſus poſtulationi.

Peccator pœnitens.

Pſ. XL. 14 * FIAT, fiat; Pſ. CXVIII. 80 * Fiat cor meum immaculatum, Cant. VII. 9 * dignum dilecto meo. Paret, pœnitens offerendo religioſiſſimè cor ſuum,

Apoc. XXII. 20 * Veni, Domine Jeſu. Pſ. LVI. 8 * Paratum cor meum, Deus: Act. VII. 58 * *Domine Jeſu ſuſcipe* Pſ. LVI. 8 * paratum cor meum,

Heb. IX. 26 * Ad deſtitutionem peccati,

II. Cor. VII. 9 * Ad pœnitentiam,

Pſ. CXVIII. 5 * Ad cuſtodiendas juſtificationes tuas,

Pſ. CXLI. 8 * Ad confitendum nomini tuo,

II. Cor. VII. 3 * Ad commoriendum & ad convivendum.

Cant. VII. 10 * Ego dilecto meo, & ad me

conversio ejus.

& confidendo ex multis rationibus, non despiciendum fore munus suum.

* Veni, dilecte mi: *Domine* 11
Jesu suscipe * cor contritum & Ps. L. 19
humiliatum.

* Quoniam tu, Domine, sua- Ps. LXXXV. 5
vis, & mitis, & multæ mise-
ricordiæ omnibus invocantibus
te, * *cor contritum & humiliatum,* Ps. L. 19
Deus non despicies.

Domine, qui amas animas, cor contritum & humiliatum, non despicies.

* Redemisti me, Domine Ps. XXX. 6
Deus veritatis: * ne despicias Esth. XIII. 16
partem tuam, quam redemisti
tibi, *cor contritum & humiliatum.*

* Respice in testamentum Ps. LXXIII. 20
tuum, * in sanguinem testa- Zach. IX. 11
menti tui, * & pretium redem- Ps. XLVIII. 9
ptionis animæ: *cor contritum
& humiliatum, Deus, non despicies*, * quia pretium sanguinis Matth. XXVII. 7
est.

* Confitebor tibi, Domine Ps. LXXXV. 12
Deus meus, in toto corde meo,
& glorificabo nomen tuum in
æternum: * quia misericordia 13
tua magna est super me, & erui-
sti animam meam ex inferno inferiori.



QUATUOR MEDITATIONES DE INCARNATIONE ET NATIVITATE CHRISTI.

PRIMA MEDITATIO.

Exercitium fidei circa hoc mysterium.

I. PUNCTUM.

Explicatur natura hujus mysterii.

Joan. VI. 45 * Hab. III. 2



EST scriptum in Prophetis : * Domine audivi auditionem tuam, & timui; *Domine opus tuum, in medio annorum vivifica illud*; in medio annorum notum facies : cùm iratus fue- Opus est magnum Dei,

ris, misericordiæ recordaberis.
ris. * Deus ab Austro veniet, 3
& sanctus de monte Pharan:
operuit cælos gloria ejus, & laudis ejus plena est terra.
* Splendor ejus ut lux erit: cor- 4
nua in manibus ejus. Ibi abscondita est fortitudo ejus: * ante 5
faciem ejus ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes ejus.

* Impleta est hæc scriptura: Luc. IV. 21
* Ubi venit plenitudo tempo- Gal. IV. 4
ris, misit Deus filium suum, factum ex muliere. * Suscepit Luc. I. 54
Israël puerum suum, recordatus
misericordiæ suæ, * sicut locu- 55
tus ad patres nostros, Abraham
& semini ejus.

* *Verbum caro factum est:* Joan. I. 14
Domine opus tuum, Verbum caro factum. * Egressus es in sa- Hab. III. 13
lutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. *Opus tuum,*
* opus Excelsi,* opus Sancti san- Eccli. XLIII 2
ctorum. I. Par. VI. 49

qui voluit,

Verbum caro factum est.

Caro!

* Quid est caro? Deut. v. 26

* Caro infirma, Matth. XXVI. 41

* Caro concupiscit adversùs spiritum. Gal. v. 17

ut ad carnem usque vilissimam

:ch. IV. 14 * Omnis caro immunda,
Isai. XL. 6 * Omnis caro fœnum,
Job. XXXIV. 15 * Deficiet omnis caro.

Verbum caro factum est.

Isai. LIII. 8 *Verbum!* * Generationem ejus — Verbum, suus verè filius in seipso infinitus,
Ioan. I. 1 quis enarrabit? * In principio
erat Verbum, & Verbum erat
apud Deum & Deus erat Ver-
2 bum: * hoc erat in principio
3 apud Deum; * omnia per ip-
sum facta sunt: & sine ipso fa-
ctum est nihil, quod factum est;
4 * in ipso vita erat, & vita erat
5 lux hominum: * & lux in tene-
bris lucet, & tenebræ eam non
9 comprehenderunt; * erat lux
vera quæ illuminat omnem ho-
minem venientem in hunc mun-
dum.

Verbum!

Sap. XIV. 21 * Incommunicabile nomen, — & in omni genere perfectionum,
Exod. XXXIII. 19 * Omne bonum,
Col. I. 15 * Imago Dei invisibilis,
Heb. I. 3 * Splendor gloriæ, & figura
substantiæ ejus, portansque om-
nia verbo virtutis suæ:
Sap. VII. 26 * Candor lucis æternæ, &
speculum sine macula Dei ma-
jestatis, & imago bonitatis il-
lius.

Verbum!

* Verè filius Dei, Matth. xiv. 33

* Incomprehensibilis cogitatu, Ier. xxxii. 19

* Et cæli cælorum capere eum nequeunt; II. Par. ii. 6

* Beatus & solus potens, I. Tim. vi. 15
Rex Regum & Dominus dominantium;

* Qui solus habet immorta- 16
litatem, & lucem habitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium sempiternum;

* Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio; Iac. i. 17

* Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Phil. ii. 6

* Hic est Deus noster, & Bar. iii. 36
non æstimabitur alius adversùs
eum; * hic adinvenit omnem 37
viam disciplinæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israël dilecto suo.

* Post hæc in terris visus est, 38
& cum hominibus conversatus est.

descenderet. * Inclinavit cælos *& descendit.* Ps. xvii. 10

Et descendit

Hab. III. 6 * Ab itineribus æternitatis ejus,

Deut. XXVI. 15 * De sanctuario, & de excelso cælorum habitaculo;

Sap. XVIII. 15 * A regalibus sedibus in mediam exterminii terram prosilivit:

Ps. LXXXVI. 5 * Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.

Et descendit

Heb. II. 9 * Quàm angeli minoratus

Phil. II. 7 * In similitudinem hominum factus:

8 * Humiliavit semetipsum,

7 * Semetipsum exinanivit,
Formam servi accipiens,

Rom. VIII. 3 * In similitudinem carnis peccati.

Ps. CXVII. 23 * A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

II. Punctum.

Expenditur tam stupendus descensus Dei ad hominem.

Matth. V. 21
Osee. XI. 9
Mal. III. 6

* Dictum est Antiquis: * Deus ego, & non homo; * ego Dominus, & non mutor. Admiratio potentiæ Dei in tali opere.

* Novissimè autem misit fi- Matth. xxi. 37
lium suum, * factum ex muliere. Gal. iv. 4
Verbum caro factum est : * hæc Ps. lxxvi. 11
mutatio dexteræ Excelsi ; * fecit Luc. i. 51
potentiam in brachio suo.

* Quis audivit unquam tale ? Isai. lxvi. 8

comparatio Regis redacti ad statum vitæ belluinæ,

* Scriptum est per Prophe- Matth. ii. 5
tam :

* Vox de cælo ruit : tibi di- Dan. iv. 28
citur Nabuchodonosor Rex :
Regnum tuum transibit à te,* & 29
ab hominibus ejicient te , &
cum bestiis & feris erit habita-
tio tua : fœnum quasi bos co-
medes. * Sermo completus est 30
super Nabuchodonosor.

& filii Dei depressi usque ad statum vitæ humanæ,

* Majus his videbis * in my- Joan. i. 50
sterio Christi : * quia major sit Ephes. iii. 4
Deus homine. Job. xxxiii. 12

* Unigenitus filius, qui est in Joan. i. 18
sinu Patris , * verus Deus , * in- I. Joan. v. 20
clinavit cælos *& descendit* , * in II. Reg. xxii. 10
similitudinem hominum factus. Philip. ii. 7

Et descendit

* Ad opprobrium eorum , Ezech. xxi. 28
* Ad meas miserias , Job. xxx. 14
* Ad nostram humilitatem , Iudith. vi. 15
* Ad paupertatem , Deut. xv. 7
* Usque ad mortem, mortem Philip. ii. 8
autem crucis.

quâ, supra omnem ratio-

*Verbum caro factum est.** Quis Isai. lxvi. 8

II.Cor.vi. 14 vidit huic simile? * Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? nis captum, factus est ta.. verè homo quàm erat Deus.
Eccli.xiii. 22 * aut quæ pars diviti ad pauperem?

Ps.xlviii. 2 * Audite hæc omnes gentes:
3 * Simul in unum dives & pauper.

Ioan. i. 34 * Hic est
iii. 13 Filius Dei, * Filius hominis;
Verbum, Caro;
Dan. vii. 9 * Antiquus dierum,
I.Cor. xv. 45 * Novissimus Adam;
Apoc.xvii. 14 * Dominus dominorum,
Philip.ii. 7 * Formam servi accipiens;
Ps.xlvii. 2 * Magnus Dominus & laudabilis nimis,
Mich. v. 2 * Parvulus in millibus;
Heb. i. 3 * Portans omnia verbo virtutis suæ,
Ier. xi. 19 * qui portatur ad victimam.

Heb. i. 4 * Tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit.
5 * Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?
ii. 9 * Eum autem qui modicò, quàm angeli, minoratus est, videmus,
Matth. ii. 11 * puerum cum Maria matre ejus,
Cant. viii. 1 * sugentem ubera matris,
Luc. ii. 12 *pannis invo-

lutum, & positum *in præsepio.*
In præsepio!
* Domine Deus, * si cælum & cæli cælorum non te capiunt, quantò magis domus istâ? II. Par.vi. 17 18

III. Punctum.

Fidem hujus mysterii admittit anima christiana.

Actus fidei.

* *Ergóne credibile est, ut habitet cum Deus hominibus* II. Par.vi. 18
super terram? * non in manu- Act. xvii. 24
factis templis; * hoc parum vi- II. Reg.vii. 19
sum est;
Ut habitet Deus cum hominibus super terram? * in domibus Mich. v. 5
nostris, * in plateis nostris:* sed Luc.xiii. 17
& hoc parum visum est; I.Par.xvii. 17
Ut habitet Deus cum hominibus super terram?
* In carne nostra mortali, II.Cor.iv. 11
* Factus ex semine David secundùm carnem, Rom. i. 3
* Habitu inventus ut homo, Philip.ii. 7
* Subditus illis, Luc. ii. 51
* Manducans & bibens, Matth.xi. 19
* Per civitates & castella docens. Luc.xiii. 22

Ergóne credibile eſt?

1.Tim.iii. 16 * Manifeſtè magnum eſt pie-
tatis ſacramentum, quod ma-
nifeſtatum eſt in carne, juſtifi-
catum eſt in ſpiritu, apparuit
angelis, prædicatum eſt Genti-
bus, *creditum eſt in mundo*, aſ-
ſumptum eſt in gloria.

Creditum eſt in mundo!

Joan. xi. 26 * Credis hoc? * Credo, filium
Act. viii. 37
Luc. ii. 16 Dei eſſe Jeſum Chriſtum, * in-
fantem poſitum in præſepio;
Joan. xi. 27 * utique Domine, ego credidi,
quia tu es Chriſtus filius Dei vi-
vi, qui in hunc mundum veni-
Pſ. xcii. 5 ſti: * teſtimonia tua credibilia
facta ſunt nimis.

Joan. ix. 35 * *Tu credis in filium Dei?* Regulæ morum.
Jac. ii. 19 * Bene facis: & dæmones cre-
Iob. iv. 6 dunt, & contremiſcunt; * ubi
eſt timor tuus?

Luc. ii. 13 * Facta eſt cum Angelo mul-
titudo militiæ cæleſtis laudan-
14 tium Deum & dicentium: * Glo-
ria in altiſſimis Deo, & in ter-
ra pax hominibus bonæ volun-
IV.Reg. ix. 18 tatis. * Quid tibi & paci? * Qui
Prov. xvii. 20 perverſi cordis eſt, non inve-
Pſ. li. 3 niet bonum. * Quid gloriaris in
malitia qui potens es iniquitate?
5 * Dilexiſti malitiam ſuper beni-

gnitatem : * gloriam hominum Ioan. XII. 43
magis quàm gloriam Dei.
* Cognovit bos possessorem Isai. I. 3
suum, & asinus præsepe Domi-
ni sui ;* Deum qui te genuit de- Deut. XXXII. 18
reliquisti, & oblitus es Domini
creatoris tui !

*Tu credis in filium Dei?** Par- Isai. IX. 6
vulus natus est nobis : * *iste est* II. Esd. IX. 18
Deus tuus * in præsepio,* Prin- Luc. II. 12 Isai. IX. 6
ceps pacis, * sedens in cathedra II. Reg. XXIII. 8
sapientissimus princeps inter
tres, ipse est quasi tenerrimus li-
gni vermiculus.
* Clamitat, * audi. Prov. VIII. 1 I. 8
* Clamitat : * Detestor super- 21
biam. * Ecce ego ad te, super- Amos. VI. 8 Ier. L. 31
be : * exaltatus autem humilia- Ps. LXXXVII. 16
tus sum.* Vulpes foveas habent, Luc. IX. 58
& volucres cæli nidos : filius au-
tem hominis non habet ubi ca-
put reclinet.* Humilia te.* ca- Eccli. III. 20 Ier. L. 32
det superbus, & corruet, & non
erit qui suscitet.

Iste est Deus tuus,* & vocem Ioan. III. 8
ejus audis. * Quid gloriaris ? Ier. XLIX. 4
* quid superbit terra & cinis ? Eccli. X. 9
* Ecce Magi ab Oriente ve- Matth. II. 1
nerunt Jerosolymam,*dicentes : 2
Ubi est qui natus est Rex Judæo-
rum ? * Invenerunt puerum cum 11

Maria matre ejus, & prociden-
Eccli. XIII. 9 tes adoraverunt eum. * Humi-
X. 7 liare Deo; * odibilis coram
Deo est & hominibus superbia.
Matth. II. 11 * Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera aurum, thus,
Job. XXXV. 7 & myrrham; * quid donabis
ei, aut quid de manu tua accipiet?
Eccli. XXV. 31 * Cor humile,
Ps. L. 19 * Cor contritum,
III. Reg. III. 9 * Cor docile,
II. Esd. IX. 8 * Cor fidele,



II. MEDITATIO.

Exercitium charitatis.

I. PUNCTUM.

Manifestatur in hoc mysterio amor Dei erga homines.

Ioan. III. 16 * SIc Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum
Matth. I. 18 daret: * Christi autem generatio sic erat: (Exponitur generatio Christi secundùm carnem;)

Cùm esset desponsata mater ejus Maria Joseph: antequam convenirent, inventa est in

utero habens de Spiritu sancto.
* Joseph autem vir ejus, cùm 19
esset justus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere
eam. * Hæc autem eo cogitan- 20
te, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de
Spiritu sancto est: * pariet au- 21
tem filium, & vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis
eorum. * Hoc autem totum fa- 22
ctum est, ut adimpleretur quod dictum à Domino per Prophe-
tam dicentem: * Ecce virgo in 23
utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.

* Impleti sunt dies ut pareret: Luc. II. 6
* & peperit filium suum primo- 7
genitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in
diversorio. * Cùm ergo natus es- Matth II. 1
set Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jeroso-

2 lymam ,* dicentes: *Ubi est qui*
natus est Rex Judæorum ?
Sap. VI. 22 * O Reges, * Reges Tharsis
Ps. LXXI. 10 & Insulæ , Reges Arabum &
Zach. VIII. 23 Saba , * ibimus vobiscum ; au-
divimus enim quoniam Deus
Matth. II. 2 vobiscum est, * & venimus ado-
rare eum.
Act. X. 29 * Interrogo ergo :
Ubi est qui natus est Rex Ju-
dæorum ?
Job. XXI. 28 * Ubi est domus Principis ?
XXXV. 10 * Ubi est Deus ?
XXXVII. 23 * Dignè eum invenire non
possumus.
Joan. I. 14 Philip. II. 7 * *Verbum caro factum est.* *Exi-
II. Cor. VIII. 9 nanivit semetipsum : * egenus
factus est , cùm esset dives:
Hab. III. 5 * abscondita est fortitudo ejus :
Col. II. 3 * sunt omnes thesauri sapientiæ
Ps. XVII. 12 & scientiæ absconditi : * posuit
Isai. XLV. 15 tenebras latibulum suum. * Verè
tu es Deus absconditus , Deus
Israël salvator.

& inter divinas perfectiones ibi absconditas,

I. Reg. XX. 3 Act. VII. 2 * Quin immo , *Deus gloriæ
Tit. II. 11 apparuit , * apparuit gratia Dei
salvatoris nostri omnibus homi-
III. 4 nibus , * benignitas & humani-
I. Ioan. I. 2 tas apparuit , * vita manifestata
IV. 16 9 est. * Deus charitas est : * appa-
II. Par. I. 7 ruit charitas , * apparuit Deus,

Dei amorem mirificè elucere agnoscitur.

* Deus pacis & dilectionis, II. Cor. XIII. 11
* Deus qui dives est in mise- Ephes. II.
ricordia,
* Deus salvos faciendi. Ps. LXVII. 21
* Magnus Dominus & lauda- Ps. XCV.
bilis nimis, *parvulus natus est Isai. IX.
nobis, * amabilis super amo- II. Reg. I. 2
rem, * propter nimiam charita- Ephes. II. 4
tem suam quâ dilexit nos.

Verbum caro factum est: * & I. Tim. III. 16
manifestè magnum est pietatis
sacramentum quod manifesta-
tum est in carne. * Paravit Do- Isai. LII. 10
minus brachium sanctum suum
in oculis omnium gentium: &
videbunt omnes fines terræ salu-
tare Dei nostri.

* Cantate Domino canticum Ps. XCVII. 1
novum: quia mirabilia fecit;
Salvavit sibi dextera ejus, &
brachium sanctum ejus; * no- 2
tum fecit Dominus salutare
suum; in conspectu gentium re-
velavit justitiam suam; * recor- 3
datus est misericordiæ suæ & ve-
ritatis suæ domui Israël. Vide-
runt omnes termini terræ salu-
tare Dei nostri.



PUNCTUM.

Colloquium hominis & Jesu super hac tanti amoris manifestatione.

Homo.

Pſ. LXVI. 6 * CONfiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: Homo tantum a norem ſibi gratulatur,
7 * *Terra dedit fructum ſuum,*
Eccli. I. 22 * Salutis fructum,
Iſai. LXII. 2 * Juſtum tuum.
Pſ. LXVII. 9 * Terra mota eſt; etenim cæli diſtillaverunt à facie Dei Sinaï, à facie Dei Iſraël. *Terra dedit*
Eccli XXIV. 24 *fructum ſuum*; * mater pulchræ
Luc. II. 7 dilectionis * peperit filium ſuum.
Pſ. LXVI. 7 * *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus*; reſpectu trium perſonarum ſanctiſſimæ Trinitatis,
II Cor. I. 3 *Benedicat nos Deus* * Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus
Ioan. III. 16 totius conſolationis; * ſic enim Deus dilexit mundum, ut filium
Gal IV. 4 ſuum unigenitum daret: * miſit filium ſuum factum ex muliere.
Ioan. XIV. 26 *Benedicat nos Deus*, * para-
Matth. I. 20 clitus Spiritus ſanctus; * quod

enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. * Et Angelus dixit ei : Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi ; ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. — Luc. I. 35

ejusque à Iesu, qui specialiter Deus noster dicitur, perfectiorem petit notitiã.

Benedicat nos Deus, Deus noster, * Filius Dei, * Homo natus, — Sap. II. 18; Ps. LXXXVI. 5

Deus noster, * novissimus Adam : — I. Cor. XV. 45

Deus noster, * quasi unus ex nobis factus : — Gen. III. 22

Deus noster, * frater enim & caro nostra est. — XXXVII. 27

* Jesu fili Dei altissimi, — Marc. V. 7

* Fili David, — Matth. X. 27

* Domine mi, —* Frater mi, — Esth. XIV. 3; II. Reg. I. 26

* Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, & facies decora. * *Loquere Domine, quia audit servus tuus* ; *loquere Domine*, * quæ fecisti magnalia : Deus, quis similis tibi ? — Cant. II. 14; I. Reg. III. 9; Ps. LXX. 19

* Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveniam gratiam ante oculos tuos. — Exod XXXIII. 13

* Deus misereatur nostri, & — Ps. LXVI. 2

benedicat nobis : illuminet vul-
tum suum super nos , & mise-
3 reatur nostri : * ut cognoscamus
in terra viam tuam, in omnibus
gentibus salutare tuum.

Loquere Domine , quia audit servus tuus.

Joan. VIII. 25 * Tu quis es ?

ibid. * *Dixit Jesus.* Jesus exhibet se Deum homini,

ibid. * Principium qui & loquor
42 vobis ; * ego enim ex Deo pro-
Ps. CIX. 3 cessi , * in splendoribus sancto-
rum , ex utero ante luciferum ,
Ps. XXXV. 10 Eccli. XXIV. 6 * in lumine lumen , * lumen in-
Col. I. 15 deficiens , * imago Dei invisibi-
Joan. XIV. 9 lis : * qui videt me , videt &
10 patrem : * ego in patre , & pater
in me est.

Sap. VII. 1 * Sum quidem & ego morta- simul & hominem factum,
lis homo , similis omnibus , &
ex genere terreni illius , qui
prior factus est , & in ventre
3 matris figuratus sum caro ; * &
ego natus accepi communem
aërem , & in similiter factam
decidi terram , & primam vo-
cem similem omnibus emisi
plorans.

Ps. XXXIX. 8 Heb. 10. 5 * Tunc dixi : *Deus meus*,* ho- ad gloriam Dei patris sui,
stiam & oblationem noluisti ,

corpus autem aptaſti mihi :
* holocautomata pro peccato 6
non tibi placuerunt. * Ecce ve- Pſ. xxxix. 8
nio. In capite libri ſcriptum eſt
de me, * ut facerem voluntatem 9
tuam : *Deus meus* volui, & le-
gem tuam in medio cordis mei.
& pro amore hominum, * Narrabo nomen tuum fratri- Pſ. xxi. 23
bus meis, * ut videant clarita- Joan. xvii. 24
tem meam, quam dediſti mihi :
quia dilexiſti me ante conſtitu-
tionem mundi : * ut dilectio, 26
quâ dilexiſti me, in ipſis ſit, &
ego in ipſis.

quibuſcum conversari, ſibi in deliciis eſſe teſtatur : * *O viri, ad vos clamito, &* Prov. 8. 4
vox mea ad filios hominum.
* Ego ſapientia * ab æterno 12
ordinata, * ex ore Altiſſimi pro- 23 Eccli. xxiv. 5
divi primogenita ante omnem
creaturam. * Quando præpara- Prov. viii. 27
bat cælos aderam : quando cer-
ta lege, & gyro vallabat abyſ-
ſos : * quando æthera firmabat 28
ſurſum, & librabat fontes aqua-
rum : * quando circumdabat 29
mari terminum ſuum, & legem
ponebat aquis, ne tranſirent fi-
nes ſuos : quando appendebat
fundamenta terræ. * Cum eo 30
eram cuncta componens : * & 31
deliciæ meæ eſſe cum filiis homi-

Gal. iv. 4 *num*, * factum ex muliere.
Prov. viii. 12 * Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus: *& deliciæ meæ*
Luc. ii. 12 *esse cum filiis hominum*, * infantem pannis involutum.
Prov. viii. 18 * Mecum sunt divitiæ & gloria, opes superbæ & justitia: *& deliciæ meæ esse cum filiis ho-*
Luc. ii. 12 *minum*, * positum in præsepio,
Isai. liii. 3 * despectum & novissimum virorum.
Prov. viii. 14 * Per me Reges regnant, & legum conditores justa decer-
15 nunt; * per me principes imperant, & potentes decernunt justitiam: *& deliciæ meæ esse cum*
Gal. iv 4 *filiis hominum*,* factum sub lege.
Prov. viii. 30 * Delectabar per singulos dies
Joan. i. 18 * in sinu patris: *& deliciæ meæ*
Isai. liii. 3 *esse cum filiis hominum*, * virum dolorum & scientem infirmitatem.
Prov. viii. 20 * In viis justitiæ ambulo, in
Heb. vii. 26 medio semitarum judicii, * sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus: *& deliciæ meæ esse cum filiis hominum*,
Rom. viii. 3 * in similitudinem carnis peccati.

Adeoque illos ad mutuum amorem invitat.

O viri, ad vos clamito, vox
mea ad filios hominum:
* *In funiculis Adam traham* Oſee. xi. 4
eos, in vinculis charitatis.
O viri, * *venite ad me omnes;* Matth. xi. 28
O viri, ſum quidem & ego
mortalis homo: * conſiderate Judic. ix. 2
quòd os veſtrum & caro veſtra
ſum: * *& mihi eſt cor ſicut &* Job. xii. 3
vobis.
O viri, * fratres mei vos, II. Reg. xix. 12
* ego ſum frater veſter: * Nolite Gen. xlv. 4
pavere; pro ſalute enim veſtra 5
miſit me Deus. * Fratres meos xxxvii. 16
quæro: *in funiculis Adam tra-*
ham eos, in funiculis charitatis.
Venite ad me pannis involutum
vinculis charitatis,
Venite in vinculis charitatis:
Mihi eſt cor ſicut & vobis.
* Cor meum jungatur vobis *in* I. Par. xii. 17
vinculis charitatis.
* Ignem veni mittere in ter- Luc xii. 49
ram: & quid volo niſi ut ac-
cendatur?
* Ego diligentes me *diligo,* Prov. viii. 17
diligo * prior; * ſicut dilexit I. Joan iv. 10
me pater, & ego dilexi vos: Joan. xv. 9
manete in dilectione mea, *in*
vinculis charitatis.

III. Punctum.

Ad amorem Jeſu homo ſeſe excitat.

Rationes hujus amoris.

Vilitas hominis què Deus ſic dilexit.

Pſ. VIII. 2 * DOMINE Dominus no-
ſter, quàm admirabile eſt
nomen tuum in univerſa terra ?
5 * Quid eſt homo quòd memor
es ejus ? aut filius hominis quo-
Col I. 22 niam viſitas eum, * in corpore
Sap. XI. 23 carnis ejus ? * Tanquam mo-
mentum ſtateræ ſic eſt ante te
orbis terrarum, & tanquam
gutta roris antelucani quæ deſ-
Job. XIV. 3 cendit in terram : * & dignum
ducis ſuper hujuſcemodi aperire
Ioan. III. 16 oculos tuos ! * *Sic Deus dilexit*
Deut. XI. 1 *mundum* ; * *ama itaque Domi-*
num Deum tuum.

Dei erga homines amoris, mira excellentia.

Ioan. XV. 13 * Majorem hâc dilectionem
I. Reg XVIII 4 nemo habet. * Expoliavit ſe Jo-
nathas tunicâ, quâ erat indu-
tus, & dedit eam David, & re-
liqua veſtimenta ſua uſque ad
gladium & arcum ſuum, & uſ-
II. Reg. XII. 8 que ad balteum : * parva ſunt
Ioan. VII. 42 iſta. Venit Chriſtus, * exina-
Philip. II. 7 nivit ſemetipſum, formam ſervi

accipiens, in similitudinem ho-
minum factus. * Anima Jona- I Reg xviii.1
thæ conglutinata est animæ Da-
vid: * leve est hoc. * *Verbum* Ezech.viii. 17
caro factum est: *itaque jam non Ioan. i. 14 Matth.xix. 6
sunt duo. *Verbum caro factum*
est,*ut sint consummati in unum. Ioan.xvii. 23
Sic Deus dilexit mundum; ama
itaque Dominum Deum tuum.

Bonitas qua nos ipse suo amore prævenit.

* In hoc apparuit charitas Dei I. Ioan.iv. 9
in nobis, quoniam filium suum
unigenitum misit Deus in mun-
dum, ut vivamus per eum. * In 10
hoc est charitas: non quasi nos
dilexerimus Deum, sed quo-
niam ipse prior dilexit nos. *Sic*
Deus dilexit mundum; ama ita-
que Dominum Deum tuum.

Charitas qua hominem etiã inimicum dilexit.

* Jesu fili Dei, * in hunc Matth.viii.29 Ioan. xi. 27
mundum venisti *pro me: *quàm* Col.ii. 20
admirabile est nomen tuum! *Quid I. Reg. xxix. 8
enim feci, & quid invenisti in
me? * Num me invenisti inimi- III Reg. xxi. 20
cum tibi? *Sic Deus dilexit mun-*
dum, * cùm inimici essemus; Rom. v. 10
Ama itaque Dominum Deum
tuum.

Majestas præpotens Dei, qui hominem sibi prorsus inutilem dilexit.

* Opus ei non erat: * suspice Ioan. ii 25 Iob. xxxv. 5
cælum & intuere, & contem-
plare æthera quòd altior te sit.
* Si peccaveris, quid ei noce- 6
bis;

bis : & si multiplicatæ fuerint
iniquitates tuæ, quid facies con-
7 tra eum ? * Porro si justè egeris,
quid donabis ei , aut quid de
manu tua accipiet ? *Sic Deus di-*
lexit mundum ; *ama itaque Do-*
minum Deum tuum.

I. Joan. IV. 11 * Si sic Deus dilexit nos , quod debetis reddite ei . * Quid est quod reddere debeamus ei ? * Amorem. * Hæc est lex Adam : * Ego diligentes me diligo ; *ama itaque Dominum Deum tuum.* Lex redamandi.

I. Reg. VI. 3

Gen. XXXIX. 30
II. Reg. VII. 19
Prov. VIII. 17

Eccli. XIII. 19 * Omne animal diligit simile sibi : sic & omnis homo pro-
10 ximum sibi. * Omnis caro ad similem sibi conjungetur , & omnis homo simili sui sociabitur ; *ama itaque Dominum Deum tuum* , * factum ex muliere , * similem tui. * Conjungere Deo, * qui similis tui est ; * in amore ejus delectare jugiter. Inclinatio quam pares habent ad mutuum amorem.

Gal. IV. 4
Deut. XVIII. 18
Eccli. 2. 3
Iob XXXV. 8
Prov. V. 19

Eccli. XXIX. 34
Prov. XVIII. 24 * Mihi factus est frater ; * magis amicus erit quàm frater ; *ama itaque Dominum Deum tuum.*

Ps. XVII. 2 * *Diligam te Domine ,*
Dan. IX. 19 *Diligam te * propter temetipsum ;*

*Diligam te,** quia dilexisti me; Ioan. xvii. 24
Diligam te * similem filio ho- Apoc. i. 13
minis.
* Cùm sim pulvis & cinis, Gen xviii. 27
diligam te, * fratrem meum su- Cant. viii. 1
gentem ubera matris meæ.* Bea- Luc xi. 27
tus venter qui te portavit, &
ubera quæ suxisti; * beati omnes Job. xiii. 18
qui diligunt te.



III. MEDITATIO.

Exercitium spei.

I. Punctum.

Beneficium incarnationis filii Dei æstimatur ex desideriis sanctorum hominum veteris Testamenti.

Desideria quibus Patriarchæ & Prophetæ ardebant videre Filium Dei incarnatum.

* Filius Dei venit. I. Ioan. v. 20
* Beati oculi qui vident Luc. x. 23
quæ vos videtis : * multi Pro- 24
phetæ & Reges voluerunt vi-
dere quæ vos videtis, & non
viderunt; & audire quæ auditis,
& non audierunt. * Expectabant ii. 38
redemptionem Israël. * Juxta Heb. xi. 13
fidem defuncti sunt omnes isti,

non acceptis repromiſſionibus :
ſed à longè eas aſpicientes & ſa-
Judith. VII. 18 lutantes,* clamaverunt ad Deum,
dicentes :
Exod. IV. 13 * Domine mitte quem miſ-
ſurus es;
Iſai. XVI. 1 * Emitte agnum Domine, do-
minatorem terræ;
XLV. 8 * Rorate cæli deſuper, & nu-
bes pluant juſtum; aperiatur
terra, & germinet ſalvatorem.
Pſ. LXXXIV. 8 * Oſtende nobis Domine mi-
ſericordiam tuam, & ſalutare
tuum da nobis.
Sap. IX. 4 * Da mihi ſedium tuarum aſ-
10 ſiſtricem ſapientiam; * mitte il-
lam de cælis ſanctis tuis, & à
ſede magnitudinis tuæ, ut me-
cum ſit, & mecum laboret;
11 * ſcit enim illa omnia, & intel-
ligit, & deducet me in operi-
bus meis ſobriè, & cuſtodiet
12 me in ſua potentia : * & erunt
accepta opera mea.
Pſ. LXXIX. 2 * Qui regis Iſraël, intende :
qui deducis velut ovem Joſeph;
qui ſedes ſuper Cherubim, ma-
3 nifeſtare * coram Ephraim, Ben-
jamin, & Manaſſe; excita po-
tentiam tuam, & veni, & ſal-
vos facias nos.

* Utinam dirumperes cælos , Isai. LXIV. 1
& descenderes. * Quis mihi det Cant. VIII. 1
te fratrem meum sugentem ube-
ra matris meæ , ut inveniam te
foris , & deosculer te ?

* Sunt orationes sanctorum. Apoc. V. 8

* Cupierunt videre , & non Matth. XIII. 17
viderunt : * non acceperunt re- Heb. XI. 39
promissionem, * Deo pro nobis 40
melius aliquid providente.

elicitas hominum qui posterioribus temporibus ejusdem incarnationis fructus perceperunt.

* Verbum caro factum est , & Ioan. I. 14
habitavit in nobis. * Intravit & Act. I. 21
exivit inter nos Dominus Jesus:
* nomen ejus Emmanuel , quod Matth I. 23
est interpretatum Nobiscum
Deus , * usque ad consummatio- XXVIII. 20
nem sæculi.

* *Vidimus gloriam ejus* , glo- Ioan. I 14
riam quasi unigeniti à patre ,

Gloriam * Christi Jesu spei I. Tim. I. 1
nostræ ;

Vidimus * plenum gratiæ & Ioan. I. 14
veritatis.

* Parvulus natus est nobis , Isai IX. 6
* magnus fortitudine , & judi- Iob. XXXVII. 23
cio , & justitia , & enarrari non
potest ; * ideo timebunt eum 24
viri , & non audebunt contem-
plari omnes, qui sibi videntur esse
sapientes. * In ipso sperabunt Isai. XIV. 32
pauperes populi ejus , * & sim- Prov. XXVIII. 19

plices possidebunt bona ejus :
Ps. LIV. 24 * Ego autem sperabo in te
I. Par. XXII. 14 Domine, * in paupertate mea,
Gen. XX. 5 * in simplicitate cordis mei.
Judic. IX. 10 * *Veni*, & super nos regnum accipe;
Gen. XLIX. 10 *Veni*, * expectatio gentium,
Ps. XXXVIII. 8 *expectatio mea ;
Ps. LX. 4 *Veni*, * quia factus es spes mea.
Ps. CXLII. 6 *Veni: * anima mea sicut terra : aperiatur terra, & germinet salvatorem.*
ibid. *Veni : * anima mea sicut terra sine aqua tibi : rorate cæli desuper, & nubes pluant justum.*

II. Punctum.

Æstimatur tantum beneficium ex bonis quæ complectitur.

Eccle. I. 2 * Dixit Ecclesiastes : * Væ
X. 16 tibi terra, cujus Rex puer est.
Luc. II. 10 * Dixit angelus : Nolite timere ; *ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum*, quod erit
11 omni populo : * quia natus est vobis hodie salvator, qui est

Christus Dominus, in civitate
David; * & hoc vobis signum : 12
Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.

Sunt ipsiusmet Christi bona,

Ecce gaudium magnum; * par- Isai. IX. 6
vulus enim natus est nobis, &
filius datus est nobis, & factus
est principatus super humerum
ejus : & vocabitur nomen ejus,
admirabilis, consiliarius, Deus,
fortis, pater futuri sæculi, prin-
ceps pacis: * multiplicabitur 7
ejus imperium, & pacis non
erit finis; super solium David,
& super regnum ejus sedebit, ut
confirmet illud & corroboret in
judicio & justitia, amodò &
usque in sempiternum : zelus
Domini exercituum faciet hoc.

quæ universa ex ejus plenitudine derivatur in nos,

* Sic Deus dilexit mundum, Joan. III. 16
ut filium suum unigenitum da-
ret : * quomodo non etiam cum Rom. VIII. 32
illo omnia nobis donavit? * Quia Col I. 19
in ipso complacuit omnem ple-
nitudinem inhabitare, * & per 20
eum reconciliare omnia in ip-
sum pacificans per sanguinem
crucis ejus, sive quæ in terris,
sive quæ in cælis sunt.

* Vidimus gloriam ejus, glo- Joan. I. 14

riam quasi unigeniti à patre,
plenum gratiæ & veritatis:
Col. II. 9 * quia in ipso inhabitat omnis
plenitudo divinitatis corporali-
Ioan. I. 16 ter, * & de plenitudine ejus nos
Sap. VII. 14 omnes accepimus; * infinitus
enim thesaurus est hominibus.
Heb. II. 11 * Propter quam causam non conjunctos il-
confunditur fratres eos vocare, li naturâ & di-
lectione.
12 dicens:* Nuntiabo nomen tuum
fratribus meis: in medio Ec-
13 clesiæ laudabo te; * & iterum:
Ego ero fidens in eum; & ite-
rum: Ecce ego & pueri mei
quos dedit mihi Deus, * Pater,
Ioan. XVII. 5 9 * tui sunt, * & mea omnia tua
10 sunt, & tua mea sunt; * ego in
23 26 eis, & tu in me. * Notum feci
eis nomen tuum, & notum fa-
ciam, ut dilectio quâ dilexisti
me, in ipsis sit, & ego in ipsis.
I. 17 * Lex per Moïsen data est, Sunt autem
gratia per Jesum Christum fa- illa præsertim,
cta est.
Tit. II. 11 * Apparuit gratia Dei Sal-
vatoris nostri omnibus homini- gratia seu a-
Ephes. I. 7 bus, * secundùm divitias gratiæ micitia Dei, quam nobis
8 ejus, * quæ superabundavit in Iesus restituit,
Rom. V. 11 nobis. * Gloriamur in Deo per
Dominum nostrum Jesum Chri-
stum, per quem nunc reconci-

liationem accepimus; * infinitus Sap. VII. 14
enim thesaurus est hominibus,
quo qui usi sunt, participes facti
sunt amicitiæ Dei.

& veritas quâ nos illuminat & regit, tum per suam doctrinam,

* Veritas per Jesum Christum Ioan. I. 17
facta est; * ecce vir, Oriens no- Zach. VI. 12
men ejus. * Surge, illuminare Isai. LX. 1
Jerusalem, quia venit lumen
tuum, & gloria Domini super
te orta est: * & ambulabunt 3
gentes in lumine tuo, & Reges
in splendore ortûs tui. * Vox Luc. IX. 35
facta est de nube, dicens: Hic
est filius meus dilectus, ipsum
audite; * ecce testem populis Isai. LV. 4
dedi eum, ducem ac præcepto-
rem gentibus.

tum per sua exempla;

* *Surge qui dormis*, & exurge Ephes. 5. 14
à mortuis, & illuminabit te
Christus; * & erunt oculi tui Isai. 30. 20
videntes præceptorem tuum.
* Præibit in via justitiæ. * Cœpit Eccli. IV. 12
Jesus facere, * factus obediens, Act. I. 1
* mitis & humilis corde, * ege- Philip. II. 8
nus factus, cùm esset dives. *Sur-* Matth. XI. 29 II. Cor. VIII. 9
*ge qui dormis: * gloria magna* Eccli. XXIII. 38
est sequi Dominum.

unde homo se secutum, fortem, ac felicem putat.


* Quid est homo, ut sequi Eccle. II. 12
possit regem factorem suum?
* Apud homines hoc impos- Matth. XX. 26
sibile est: apud Deum autem

Joan. VIII. 12 omnia possibilia sunt. * Qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.
Nah. I. 7 * Bonus Dominus, & confor-
Philip. II. 13 tans; * Deus est enim qui operatur & velle, & perficere pro bona voluntate.

Deut. XIII. 2 * Eamus & sequamur.

Ps. CXVII. 6 * Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi
7 homo; * dominus mihi adjutor, & ego despiciam inimicos
14 meos. * Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus est
25 mihi in salutem. * O Domine salvum me fac, ô Domine bene
Cant. I. 3 prosperare; * trahe me, post te curremus.

Gloria magna est sequi Dominum.





IV. MEDITATIO.

Pro exercitio ſpei.

I. Punctum.

Canticum laudis & gratiarum actionis pro liberatione & beneficiis Chriſti Salvatoris.

* VERBUM caro factum eſt; Ioan. I. 14
* Verbum miſit Deus fi- Act. X. 36
liis Iſraël annuntians pacem:
* tranſeamus uſque Bethlehem, Luc. II. 15
& videamus hoc Verbum,
* Verbum Dei, Apoc. XIX. 13
* Verbum vitæ, Philip. II. 16
* Verbum ſalutis: Act. XIII. 26
Hoc Verbum, * quod Domi- Luc. II. 15
nus oſtendit nobis:
Hoc Verbum, * quod fuit ab I. Ioan. I. 1
initio, quod audivimus, quod
vidimus oculis noſtris, quod
perſpeximus, & manus noſtræ
contrectaverunt.
* *Gaudium magnum!* Luc. II. 10
Videamus * infantem poſitum 16
in præſepio. * Ecce Deus noſter Iſai. XXV. 9
iſte: expectavimus eum, & ſal-

vabit nos ; iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus & lætabimur in salutari ejus.

Gaudium magnum!

Luc. II. 13 * Facta est multitudo militiæ cælestis laudantium Deum,
14 & dicentium : * Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Ps. LXXXIV. 11 * Misericordia & veritas obviaverunt sibi : justitia & pax
12 osculatæ sunt ; * veritas de terra orta est : & justitia de cælo prospexit.

Gaudium magnum!

Ps. XCIV. 1 * *Venite exultemus Domino*, jubilemus Deo salutari nostro; *venite, transeamus usque Bethleem, & videamus infantem positum in præsepio ; venite exul-*
7 *temus*, * quia ipse est Dominus
2 Deus noster : * præoccupemus faciem ejus in confessione, &
3 in psalmis jubilemus ei : * quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus super omnes
6 Deos ; * venite adoremus, & procidamus *ante Dominum, qui fecit nos, ante Dominum, infantem positum in præsepio*,
7 * quia ipse est Dominus Deus noster.

* Confitebor tibi Domine, Isai. 12. 1
quoniam iratus es mihi : con-
versus est furor tuus, & conso-
latus es me. * Ecce Deus Sal- 2
vator meus, fiducialiter agam,
& non timebo : quia fortitudo
mea, & laus mea Dominus,
& factus est mihi in salutem.
* Haurietis aquas in gaudio de 3
fontibus Salvatoris; * & dice- 4
tis in die illa : Confitemini Do-
mino, & invocate nomen ejus,
notas facite in populis adinven-
tiones ejus : mementote quo-
niam excelsum est nomen ejus;
* cantate Domino quoniam ma- 5
gnificè fecit : annuntiate hoc in
universa terra. * Exulta & lauda 6
habitatio Sion, quia magnus in
medio tui sanctus Israël.

II. Punctum.

Expostulatio adversùs mundum, qui Christum cum bonis suis non vult recipere.

Perversitas mundi injusti & ingrati adversùm Dei Filium.

* IN mundo erat, & mundus Ioan. 1. 10
per ipsum factus est, *&*
mundus eum non cognovit; * in 11

propria venit, & sui eum non
receperunt.

Pſ. II. 1 * Fremuerunt gentes, & po-
2 puli meditati ſunt inania; * aſti-
terunt Reges terræ, *& princi-
pes convenerunt in unum, ad-
versùs Dominum, & adversùs
Chriſtum ejus.*

Iſai. I. 2 * Audite cæli, & auribus per-
cipe terra, quoniam Dominus
locutus eſt:

Pſ. CVIII. 4 * Pro eo ut me diligerent, de-
5 trahebant mihi: * & poſuerunt
adversùm me mala pro bonis,
& odium pro dilectione mea;
Ioan. XV. 24 * & viderunt, & oderunt me &
Pſ. XXXIV. 19 patrem meum. * Oderunt me
Luc. XIX. 14 gratìs, * dicentes: Nolumus
Jer. XXXII. 33 hunc regnare ſuper nos, * & ver-
terunt ad me terga, & non fa-
cies, cùm docerem eos, & eru-
direm, & nollent audire ut ac-
ciperent diſciplinam.

Pſ. II. 1 * *Quare fremuerunt gentes*, &
populi meditati ſunt inania?

Ioan. III. 16 *Quare?* * ſic enim Deus dile- qui nobis ex
xit mundum, ut filium ſuum ſolo amore
unigenitum daret: ut omnis qui datus eſt,
credit in eum non pereat, ſed
17 habeat vitam æternam; * non
enim miſit Deus filium ſuum

in mundum ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum. *Et mundus eum non cognovit : convenerunt in unum adversùs Dominum, & adversùs Chriſtum ejus.*

qui nihil mali fecit,

Quare ? * Quid enim mali fecit ? * Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare. Matth. xxvii. 23 Luc. ix. 56

immo multa bona attulit.

Quare ? * Pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. * In hoc apparuit filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli, * ut vivamus per eum, * ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſerviamus illi, * in ſanctitate & juſtitia, coram ipſo, omnibus diebus noſtris. Act. x. 38 I. Ioan. iii. 8 Ioan. iv. 9 Luc. i. 74 75

* Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: * *venerunt autem omnia bona pariter cum illa.* * In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, * & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ioan. i. 9 Sap. vii. 11 Ioan. i. 4 5

Quare ?

Hinc verus Chriſtianus agnoſcat corruptionem mundi, ejuſque malitiam,


* O inſenſati ! * Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lu- Gal. iii. 1 Ioan. iii. 19

cem ? erant enim eorum mala
20 opera ; * omnis enim qui malè
agit , odit lucem , & non venit
ad lucem , ut non arguantur
XII. 43 opera ejus. * Dilexerunt glo-
riam hominum magis , quàm
Apoc. XII. 11 gloriam Dei : * non dilexerunt
Osee. IX. 10 animas suas , * & facti sunt abo-
minabiles sicut ea quæ dilexe-
runt.

I. Ioan. IV. 5 * Ipsi de mundo sunt : * nos
6 V. 19 ex Deo sumus. * Scimus quo-
niam ex Deo sumus , & mun-
dus totus in maligno positus est;
20 * & scimus quoniam filius Dei
venit , & dedit nobis sensum ut
cognoscamus verum Deum , &
simus in vero filio ejus. Hic est
verus Deus , & vita æterna : *ve-
nerunt autem omnia bona pariter
cum illa.*

& contra illum spe in Christum erigat se ad Deum.

II. Pet. III. 14 * Propter quod , charissimi ,
hæc expectantes , satagite im-
maculati & inviolati ei inveniri
in pace.





MEDITATIO
DE OPPOSITIONE JESU-CHRISTI ET MUNDI.

Habetur hîc imitatio meditationis, quam sanctus Ignatius appellat, De duobus vexillis.

PRIMA PARS.

Christus ad Evangelium suum vocat homines.

Admirabiles Christi perfectiones.

* ENIT *Jesus* prædicans Evangelium regni Dei, Marc. I. 14
Jesus * admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, Pater futuri sæculi, princeps pacis: Isai. IX. 6
* Filius Dei vivi, * candor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius; Ioan. XI. 27 Sap. VII. 26

Joan. I. 9 *Jesus* * lux vera quæ illuminat
omnem hominem venientem in
IV. 42 hunc mundum, * verè ſalva-
Pſ. XLIV. 3 tor mundi, * ſpecioſus formâ
Col. II. 3 præ filiis hominum: * in quo
ſunt omnes theſauri ſapientiæ &
9 ſcientiæ abſconditi, * quia in
ipſo inhabitat omnis plenitudo
divinitatis corporaliter;

Act. X. 42 *Jesus*, * qui conſtitutus eſt à
Deo judex vivorum & mortuo-
Apoc. XIX. 16 rum, * & habet in veſtimento
& in femore ſuo ſcriptum: Rex
Regum & Dominus dominan-
tium.

Matth. IV. 17 * Cœpit Jeſus prædicare, &
dicere: . . .

Pœnitentiam agite: appro- Vocat homines ad requiem, per pœnitentiam.
pinquavit enim regnum cælo-
XI. 28 rum; * *venite ad me* omnes,
qui laboratis, & onerati eſtis,
29 & ego reficiam vos; * tollite
jugum meum ſuper vos, & diſ-
cite à me, quia mitis ſum, &
humilis corde: & invenietis
30 requiem animabus veſtris; * ju-
gum enim meum ſuave eſt, &
onus meum leve.

V. 3 * Beati pauperes ſpiritu, quo- ad beatitudinem, per virtutem,
niam ipſorum eſt regnum cælo-
4 rum; * beati mites, quoniam

ipsi possidebunt terram; * beati 5
qui lugent, quoniam ipsi conso-
labuntur; * beati qui esuriunt & 6
sitiunt justitiam, quoniam ipsi
saturabuntur; * beati misericor- 7
des, quoniam ipsi misericordiam
consequentur; * beati mundo 8
corde, quoniam ipsi Deum vi-
debunt; * beati pacifici, quo- 9
niam filii Dei vocabuntur; * bea- 10
ti qui persecutionem patiuntur
propter justitiam, quoniam ip-
sorum est regnum cælorum.

ad gaudium, per contemptum mundi:

* Regnum meum non est de Joan. XVIII. 36
hoc mundo. * Væ vobis diviti- Luc. VI. 24
bus, quia habetis consolatio-
nem vestram; * væ vobis, qui 25
saturati estis, quia esurietis; væ
vobis, qui ridetis nunc, quia
lugebitis & flebitis.* Quid enim Matt. XVI. 26
prodest homini si mundum uni-
versum lucretur, animæ verò
suæ detrimentum patiatur? aut
quam dabit homo commutatio-
nem pro anima sua? * Mundus Joan. XVI. 20
gaudebit: vos autem contrista-
bimini; sed tristitia vestra verte-
tur in gaudium, * & gaudium 22
vestrum nemo tollet à vobis.

ad hoc autem præstandum certam promittit lucem,

Venite ad me omnes: *ego sum VIII. 12
lux mundi: qui sequitur me,

non ambulat in tenebris, sed
31 habebit lumen vitæ. * Si vos
manseritis in sermone meo, ve-
32 rè discipuli mei eritis: * & co-
gnoscetis veritatem, & veritas
liberabit vos.
1. 7 *Venite ad me omnes:* * ego vitam,
9 sum ostium ovium: * per me si
10 quis introierit, salvabitur. * Fur
non venit nisi ut furetur, & ma-
ctet, & perdat: ego veni ut vi-
tam habeant, & abundantiùs
11 habeant. * Ego sum pastor bo-
nus; bonus pastor animam suam
15 dat pro ovibus suis:* & animam
meam pono pro ovibus meis; &
28 * ego vitam æternam do eis: &
non peribunt in æternum, & non
rapiet eas quisquam de manu
mea.
XVI. 33 *Venite ad me omnes:* * confi- & victoriam
11 dite, ego vici mundum. * Prin- de mundo ac
ceps hujus mundi jam judicatus dæmone.
Luc. x. 18 est: * videbam Satanam sicut
19 fulgur de cælo cadentem. * Ecce
dedi vobis potestatem calcandi
supra serpentes & scorpiones,
& super omnem virtutem ini-
mici, & nihil vobis nocebit.
21 * Confiteor tibi Pater, Do-
mine cæli & terræ, quòd ab-

ſcondiſti hæc à ſapientibus &
prudentibus, & revelaſti ea
parvulis.

Cælum & terra magnificū perhibent ejus doctrinæ teſtimonium.

* Et factum eſt, cùm con- Matth.VII. 28
ſummaſſet Jeſus verba hæc, ad-
mirabantur turbæ ſuper doctri-
na ejus. * Apertum eſt cælum, Luc.III. 21
* & deſcendit Spiritus ſanctus 22
corporali ſpecie ſicut columbain
ipſum, & vox de cælo facta eſt:
Tu es filius meus dilectus, in te
complacui mihi.
* Stupebant autem omnes II. 47
qui eum audiebant, ſuper pru-
dentia & reſponſis ejus; * om- IV. 20
nium oculi erant intendentes in
eum, * omnes teſtimonium illi 22
dabant, & mirabantur in ver-
bis gratiæ, quæ procedebant de
ore ipſius; * magnificabant VII. 16
Deum, dicentes: quia prophe-
ta magnus ſurrexit in nobis, &
quia Deus viſitavit plebem ſuam:
* nunquam ſic locutus eſt ho- Joan.VII. 46
mo, ſicut hic homo.



SECUNDA PARS.

Satanas invitat homines ad mundi partes amplectendas.

Zach. III. 1 * OStendit mihi Dominus Jesum; *& Satan* stabat à dextris ejus, ut adversaretur ei. — Execrabiles satanæ qualitates.

Joan. XIV. 30 *Satan*, * princeps mundi hu-
Luc. XXII. 53 jus, * & potestas tenebrarum:
Dan. VIII. 23 * rex impudens facie, * homi-
Joan. VIII. 44
I. Pet. V. 8 cida: * leo rugiens circuit quæ-
Apoc. XII. 12 rens quem devoret, * habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.

Matth. IV. 3 *Satan*, * tentator, * qui sedu-
Apoc. XII. 9
II. Cor. XI. 14 cit universum orbem; * ipse enim satanas transfigurat se in
Job. XLI. 25 angelum lucis: * ipse est rex super universos filios superbiæ.
Dan. VIII. 25 * In copia rerum omnium occidet plurimos, & contra Principem Principum consurget, & sine manu conteretur.

Apoc. XIII. 6 * Aperuit os suum in blasphemias ad Deum: . . .

Ioan. VI. 61 * Durus est hic sermo, & — Legem Christi rejicit tanquam diffici-
Eccli. XL. 1 quis potest eum audire? * Jugum

lem & duram, inutilemque apud Deum.

grave super filios Adam. * Et Luc. XVIII. 26
quis potest salvus fieri ?
* Adhuc tu permanes in sim- Job. II. 9
plicitate tua ? * Quid prodest XXII. 3
Deo, si justus fueris; aut quid
ei confers, si immaculata fuerit
via tua ? * Vanus est qui servit Mal. III. 14
Deo : & quod emolumentum,
* eò quòd universa æque eve- Eccle. IX. 2
niant justo & impio, bono &
malo, mundo & immundo,
immolanti victimas & sacrificia
contemnenti ? sicut bonus, sic
peccator. * Sunt justi, quibus VIII. 14
mala proveniunt, quasi opera
egerint impiorum; & sunt im-
pii, qui ita securi sunt, quasi
justorum facta habeant.
* Omnis qui facit malum, Mal. II. 17
bonus est in conspectu Domini,
& tales ei placent : aut certè
ubi est Deus judicii ? * Impii vi- Job. XXI. 7
vunt, sublevati sunt, conforta-
tique divitiis.

Sectatoribus suis felicitatem promittit certò adipiscendam

* Tibi dabo potestatem hanc Luc. IV. 6
universam, & gloriam illorum;
* omnia regna orbis terræ * mihi 5 6
tradita sunt : & cui volo, do illa.
* Quid proderit homini de Eccle. II. 22
universo labore suo & afflictio-
ne spiritûs qua sub sole crucia-

23 tus est ? * Cuncti dies ejus dolo-
ribus & ærumnis pleni sunt :
nec per noctem mente requies-
cit, & hoc nonne vanitas est ?
24 * Nonne melius est comedere &
bibere & ostendere animæ suæ
bona de laboribus suis ?
Ephes. v. 29 * Nemo unquam carnem suam per volupta-
odio habuit, sed nutrit & fovet tes,
Eccli. xiv. 5 eam : * qui sibi nequam est,
xxx. 23 cui alii bonus erit. * Jucunditas
cordis hæc est vita hominis :
xl. 20 * Vinum & musica lætificant
23 cor ; * amicus & sodalis in tem-
pore convenientes, & super
utrosque mulier cum viro.
25 * Aurum & argentum est con- per divitias,
Eccle. vii. 12 stitutio pedum : * utilior est sa-
13 pientia cum divitiis ; * sicut enim
protegit sapientia, sic protegit
Prov. xiv. 24 pecunia : * corona sapientium,
xix. 4 divitiæ eorum. * Divitiæ addunt
amicos plurimos : à paupere au-
tem & hi, quos habuit, sepa-
xv. 15 rantur. * Omnes dies pauperis
Eccle. x. 19 mali, * & pecuniæ obediunt
omnia.
Eccli. xiii. 11 * Noli esse humilis in sapien- per gloriam
tia tua, ne humiliatus in stulti- mundanam,
Sap. ii. 11 tiam seducaris. * Sit autem for-
titudo lex justitiæ ; quod enim
infirmum est, inutile invenitur.

* Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis serviet. Prov. xii. 24

per inimicorũ ultionem,

* Odio habebis inimicum tuum, * non misereberis ejus: sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Matth. v. 43 Deut. xix. 21

& per virtutũ ac vitiorum temperamentum.

* Noli esse justus multùm, * ne impiè agas multùm. * Lætare in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum. Eccle. vii. 17 18 xi. 9

Tertia Pars.

Utrius sint sequendæ partes, deliberat homo.

Homo electionis necessitatem considerat:

* Optio vobis datur, eligite hodie quod placet: cui servire potissimùm debeatis. Jos. xxiv. 15

* Nemo potest duobus dominis servire; aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Matth. vi. 24

stis Deo servire & mammonæ.
III. Reg. xviii. * Usquequò claudicatis in duas
21 partes ? si Dominus est Deus,
sequimini eum ; si autem Baal,
sequimini illum.
Joan. vi. 69 * Ad quem ibimus ? * angu- ejusque diffi-
Dan. xiii. 22 stiæ sunt mihi undique. cultatem sen-
tit.
Eccle. xi. 7 * Dulce lumen, & delectabi-
II. Cor. iv. 18 le est oculis videre Solem. *Quæ
videntur, temporalia sunt ; quæ
autem non videntur, æterna
sunt.
Jac. iv. 4 * Amicitia hujus mundi ini-
mica est Dei ; quicumque ergo
voluerit amicus esse sæculi hu-
jus, inimicus Dei constituitur.
Philip. I. 22 *Quid eligam ignoro:* coar-
23 ctor autem ex duobus.
Eccle. ii. 1 * Vadam, & affluam deliciis, Deliciis mun-
iii. 22 & fruar bonis. * Deprehendi, di allicitur,
nihil esse melius quàm lætari
hominem in opere suo, & hanc
esse partem illius.
Quis enim eum adducet, ut & ex primo
Sap. ii. 6 post se futura cognoscat ? * Ve- intuitu ca-
nite ergo, & fruamur bonis quæ pitur ;
sunt, & utamur creaturâ tan-
quam in juventute celeriter ;
7 * vino pretioso & unguentis
nos impleamus, & non præter-
8 eat nos flos temporis ; * coro-

nemus nos rosis, antequam mar-
cescant; nullum pratum sit,
quod non pertranseat luxuria
nostra; * nemo nostrûm exors 9
sit luxuriæ nostræ; ubique relin-
quamus signa lætitiæ: quoniam
hæc est pars nostra, & hæc est
sors.

sed earum brevitatem & tristem exitum agnoscit.

* Cave tibi, & attende dili- Eccli. XIII. 16
genter.

* Est via quæ videtur homini Prov. XIV. 12
justa: novissima autem ejus de-
ducunt ad mortem. * Risus do- 13
lore miscebitur, & extrema
gaudii luctus occupat. * *Hoc* Job. XX. 4
scio à principio, ex quo positus
est homo super terram, * *quòd* 5
laus impiorum brevis sit, &
gaudium hypocritæ ad instar pun-
cti. * Si ascenderit usque ad cæ- 6
lum superbia ejus, & caput ejus
nubes tetigerit, * quasi sterquili- 7
nium in fine perdetur: & qui
eum viderant, dicent: Ubi est?
* Velut somnium avolans non 8
invenietur, transiet sicut visio
nocturna. *Hoc scio quòd laus*
impiorum brevis sit. * Ducunt in XXI. 13
bonis dies suos, & in puncto
ad inferna descendunt

Hinc pervi- cet menda-

* Vani filii hominum, men- Ps. LXI. 10

daces filii hominum in ſtateris : ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum. — cium hominum & ſatanæ in æſtimatione mundi ;

Pſ. VI. 9 — * Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.
Joan. VIII. 44 — * Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit : quia non eſt veritas in eo : cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater ejus.

Matth. VI. 33 — * Quærite ergo primùm regnum Dei & juſtitiam ejus. — adeòque regnum Dei mundo eſſe præferendum ;
1. Joan. II. 16 — * Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.

Matth. VI. 25 — * Nónne anima plus eſt ?

Rom. X. 6 — * *Ne dixeris in corde tuo :* Quis aſcendet in cælum ? — Difficultati verò legis Chriſti opponit.
Matth. XI. 12 — * Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud ;
Deut. XXX. 12 — * quis noſtrûm valet ad cælum aſcendere ?
Matth. VII. 14 — * quàm anguſta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam ? & pauci ſunt qui inveniunt eam ;
Deut. XXX. 13 — * quis ex nobis poterit ?
Jer. II. 25 — * Deſperavi.

Ne dixeris.

necessitatem, salutis, * Salva animam tuam :*porro unum est necessarium. Gen. XIX 17 Luc. X. 42

gratiam Dei, * Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum; XVIII. 27

æternitatem mercedis. * Quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. II. Cor. IV. 17

QUARTA PARS.

Conclusio hujus deliberationis.

Christi partibus se totum addicit homo per varios actus, * FInem loquendi pariter omnes audiamus. Eccle. XII. 13

* Subditi ergo estote Deo: Jac. IV. 7
resistite autem diabolo, & fugiet à vobis; * appropinquate 8
Deo, & appropinquabit vobis.

fidei in Christum magistrum veracem, * Vade Satana : * vicit leo de Matth. IV. 10
tribu Juda : * & hæc est victo- Apoc. V. 5 I. Joan. V. 4
ria, quæ vincit mundum, fides
nostra. * Quis est qui vincit 5
mundum, nisi qui credit, *quo- 6
niam Jesus est Filius Dei, quo-
niam Christus est veritas.

* Utique, Domine, ego credidi quia tu es Christus filius Joan. XI. 27

Dei vivi, qui in hunc mundum
vi. 69 venisti. * Domine, ad quem ibimus ? verba vitæ æternæ ha-
Matth. xxii 16 bes. * Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate
Ps. xxxv. 10 doces : * apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

Gal. iii. 1 * *O insensati !* quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Chri-
Sap. iv. 12 stus præscriptus est ? * Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum. — admirationis & indignationis super cæcitate hominum quos fascinat mundus,

O insensati !

Prov. xxx. 2 * Stultissimus sum virorum :
3 * non didici sapientiam, & non novi scientiam sanctorum. — doloris & confusionis ex sui ipsius fascinatione,
Ps. lxviii. 6 * Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita.

Dan. iv. 33 * In ipso tempore sensus meus
34 reversus est ad me. * Nunc igitur ego laudo, & magnifico, & glorifico Regem cæli : quia omnia opera ejus vera, & viæ
Joan. ix. 25 ejus judicia : * quia cæcus cùm essem, modò video. — laudis & actionis gratiarum, ob recuperatum sensum,

Ezech. xx. 39 *O insensati !** singuli post idola vestra ambulate, & servite eis: — & firmi propositi Christo adhærendi

contra mundum,

* mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Pſ. LXXII. 28

* *Inveni quem diligit anima mea : tenui eum, nec dimittam.* Cant. III. 4

* Sequar te, Domine, Luc. IX. 61

* Tuus ſum ego : Pſ. CXVIII. 94

* Magiſter, ſequar te quocumque ieris. Matth. VIII. 19

* Vivit Dominus, & vivit Dominus meus Rex : quoniam in quocumque loco fueris Domine mi Rex, ſive in morte, ſive in vita, ibi erit ſervus tuus. II. Reg. XV. 21

qui nulla prorſus ratione ipſi poteſt comparari.

* Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua. Pſ. CXVIII. 85

* Appropiate ad me indocti, Eccli. LI. 31
* videte oculis veſtris, quia modicùm laboravi, & inveni mihi multam requiem. 35

Inveni quem diligit anima mea : tenui eum, nec dimittam.

Nec dimittam, * magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem. Hebr. XI. 25

Nec dimittam, * majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti. 26

* Mundus totus in maligno I. Joan. V. 19

Ioan. xiv. 6 positus est : * dicit Jesus : Ego
sum via, veritas & vita.
xvi. 20 I. Ioan. v. 19 * Mundus gaudebit * in ma-
Deut. xxxii. 21 ligno , * in vanitatibus suis ,
Lev. xv. 31 Ps. cxxvi. 1 * in sordibus suis , * in vanum :
Hab. iii. 18 * Ego autem in Domino gaudebo , & exultabo in Deo Jesu
Ps. xxvi. 4 meo , * ut videam voluptatem
Domini.

I. Ioan. ii. 17 * Mundus transit :

Hebr. xiii. 8 * Jesus Christus heri , & hodie , & ipse in sæcula.





MEDITATIO DE PAUPERTATE JESU-CHRISTI, ET DE CONTEMPTU DIVITIARUM.

I. PUNCTUM.

Jesus Christus suam doctrinam proponit.

Præparatio animi ad doctrinam Jesu Christi admittendam.

* IDENS Jesus turbas ascendit in montem : & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, * & aperiens os suum docebat eos. — Matth. v. 1, 2

* *Numquid non sapientia cla-* — Prov. 1

mitat, & prudentia dat vocem
2 *suam? * in summis excelsisque*
3 *verticibus supra viam, * dicens:*
4 * O viri, ad vos clamito, &
vox mea ad filios hominum.
5 * Intelligite parvuli astutiam,
& insipientes animadvertite.
6 * *Audite*, quoniam de rebus
magnis locutura sum: & ape-
rientur labia mea, ut recta præ-
7 dicent. * Veritatem meditabitur
guttur meum, & labia mea de-
8 testabuntur impium. * Justi sunt
omnes sermones mei, non est
in eis pravum quid, neque per-
9 versum; * recti sunt intelli-
gentibus, & æqui invenienti-
10 bus scientiam. * Accipite dis-
plinam meam, & non pecu-
niam: doctrinam magis, quàm
11 aurum eligite; * melior est enim
sapientia cunctis pretiosissimis,
& omne desiderabile ei non po-
test comparari.

Audite:

Luc. VI. 20 * *Beati pauperes spiritu, quia* — Jesus Christus pauperibus spiritu promittit regnum Dei:
21 *vestrum est regnum Dei*; * beati
qui nunc esuritis, quia satura-
bimini.

Matth. VI. 19 * Nolite thesaurizare vobis
thesauros in terra, ubi ærugo

& tinea demolitur, & ubi fures
effodiunt, & furantur: * the- 20
saurizate autem vobis thesauros
in cælo, ubi neque ærugo, neque
tinea demolitur, & ubi fures
non effodiunt neque furantur;
* ubi enim est thesaurus tuus, 21
ibi est & cor tuum.

* Si vis perfectus esse, vade, xix. 21
vende quæ habes, & da paupe-
ribus, & habebis thesaurum in
cælo: & veni, sequere me.
paupertatis verò voluntariæ perfectionem simul & felicitatem declarat, * Amen dico vobis, nemo est, Luc. xviii. 29
qui reliquit domum, aut paren-
tes, aut fratres, aut uxorem,
aut filios, propter regnum Dei,
* & non recipiat multò plura in 30
hoc tempore, & in sæculo ven-
turo vitam æternam; * qui non Marc. x. 30
accipiat centies tantùm, nunc
in tempore hoc cum persecutio-
nibus, & in sæculo futuro vitam
æternam.

salutis difficultatem divitibus inculcat: * *Væ vobis divitibus, quia* Luc. vi. 24
habetis consolationem vestram;
* væ vobis, qui saturati estis, 25
quia esurietis. * Amen dico vo- Matth. xix. 23
bis, quia dives difficilè intrabit
in regnum cælorum; * & iterum 24
dico vobis: Facilius est came-
lum per foramen acûs transire,

quàm divitem intrare in regnum
Marc. x. 24 cælorum. * Quàm difficile est,
confidentes in pecuniis, in re-
27 gnum Dei introire! * apud ho-
mines impossibile est, sed non
apud Deum; omnia enim possi-
bilia sunt apud Deum.

Audite:

Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram;

Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.

Luc. xvi. 19 * Homo quidam erat dives, hæc autem
qui induebatur purpurâ & bys- omnia confirmat stupendo
so, & epulabatur quotidie splen- exemplo.
20 didè; * & erat quidam mendi-
cus, nomine Lazarus, qui ja-
cebat ad januam ejus ulceribus
21 plenus, * cupiens saturari de
micis, quæ cadebant de mensa
divitis, & nemo illi dabat: sed
& canes veniebant, & linge-
bant ulcera ejus.
22 * Factum est autem ut morere-
tur mendicus, & portaretur ab
angelis in sinum Abrahæ: mor-
tuus est autem & dives, & se-
23 pultus est in inferno. * Elevans
autem oculos suos, cùm esset in
tormentis, vidit Abraham à
longè, & Lazarum in sinu ejus;

* & ipse clamans, dixit: Pater 24
Abraham, miserere mei, & mit-
te Lazarum, ut intingat extre-
mum digiti sui in aquam, ut re-
frigeret linguam meam, quia
crucior in hac flamma.

* Et dixit illi Abraham: Fili, 25
recordare quia recepisti bona
in vita tua, & Lazarus simili-
ter mala: nunc autem hic con-
solatur, tu verò cruciaris.

* Et in his omnibus, inter nos 26
& vos chaos magnum firma-
tum est: ut hi qui volunt hinc
transire ad vos, non possint,
neque inde huc transmeare.

* Nunc ergo filii audite me: Prov. VIII. 32
Beati, qui custodiunt vias meas:
* audite disciplinam, & estote 33
sapientes, & nolite abjicere
eam.

Generalis consideratio super hac doctrina Christi.

* Numquid consilium Dei au- Job. XV. 8
disti? * doctrinam salvatoris, Tit. II. 10
* doctrinam sapientiæ? * Ac- Eccli. L. 29 Job. XXII. 21
quiesce igitur ei, & habeto pa-
cem, & per hæc habebis fructus
optimos; * suscipe ex ore illius 22
legem, & pone sermones ejus
in corde tuo.

II. PUNCTUM.

Jesus Christus proponit suum exemplum.

Eccli. II. 1 * FIli, accedens ad servitu-
Thr. III. 19 tem Dei, * recordare pau-
pertatis meæ.
Joan. XVIII. * Regnum meum non est de
36 Ps. LXXXVII. 16 hoc mundo : * pauper sum ego,
& in laboribus à juventute mea.
Matth. VIII. 20 * Vulpes foveas habent, & vo-
lucres cæli nidos : filius autem
hominis non habet ubi caput
reclinet.
Luc. IV. 18 * Spiritus Domini super me :
propter quod unxit me, evange-
lizare pauperibus misit me.
VII. 22 * Pauperes evangelizantur : * &
23 beatus est, quicumque non fue-
rit scandalizatus in me.
Ps. LXVIII. 9 * Extraneus factus sum fratri-
bus meis, & peregrinus filiis
22 matris meæ. * Dederunt in es-
cam meam fel, & in siti mea
Ps. XXI. 19 potaverunt me aceto ; * divise-
runt sibi vestimenta mea, & su-
per vestem meam miserunt sor-
tem.

Exemplum Chriſti tantùm ſolatii pauperibus affert,

* *Ego ſum pauper , & do-* Pſ. LXVIII. 30
lens : * *videant pauperes , &* 33
lætentur :

Lætentur. Ego ſum pauper ,
* abundans paupertate : * me- Eccli. XI. 12
cum ſunt divitiæ & gloria , Prov. VIII. 18
opes ſuperbæ & juſtitia ; * me- 19
lior eſt enim fructus meus auro,
& lapide pretioſo.

Ego ſum pauper , * ut ditem 21
diligentes me , & theſauros eo-
rum repleam.

quantùm divitibus mœroris & timoris.

Ego ſum pauper , & dolens.
* Agite nunc divites , plorate Jac. V. 1
ululantes in miſeriis veſtris, quæ
advenient vobis : * theſauriza- 3
ſtis vobis iram in noviſſimis
diebus.

Ego ſum pauper , & dolens :
* epulati eſtis ſuper terram , 5
& in luxuriis enutriſtis corda
veſtra : * væ vobis. Luc. VI. 24



III. Punctum.

Variæ conclusiones hujus meditationis, pro variis vitæ statibus.

I. Conclusio.

Pro homine justo & divite.

Zach. IX. 9 * Ecce rex tuus veniet tibi, *ipse pauper* : — Deplorat infelicitatem sui status, qui adeo contrarius est vitæ Christi,
Apoc. II. 9 * *Sed dives es.*
Eccli. XIII. 22 * *Quæ pars diviti ad pauperem ?*
Rom. VIII. 28 * Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundùm propositum vocati sunt sancti ;
29 * nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. *Ipse pauper* : *sed dives es. Quæ pars diviti ad*
Iob. VII. 20 *pauperem ?* * Quid faciam tibi, ô custos hominum ? quare posuisti me contrarium tibi ?
Luc. XVI. 22 * Mortuus est dives, & sepultus est in inferno ; — & salutis periculum in quo versatur :
25 * & dixit illi Abraham : Fili, recordare quia

recepisti bona in vita tua. * Ti- Tob. VII
meo ergo, ne fortè & mihi hæc
veniant. * Multi dati sunt in au- Eccli. XXXI.
ri casus, & facta est in specie
ipsius perditio illorum. * Beatus 8
dives, qui inventus est sine ma-
cula, & qui post aurum non
abiit, nec speravit in pecunia &
thesauris. * Quis est hic? 9

consolatur autem seipsũ, ex eo quòd oderit statum suum,

* Domine Rex Deorum & Esth. XIV.
universæ potestatis, * adjuva 14
me nullum aliud auxilium ha-
bentem nisi te Domine, qui
habes omnium scientiam, * & 15
nosti quia oderim gloriam ini-
quorum. * Tu scis necessitatem 16
meam, quòd abominer signum
superbiæ & gloriæ meæ.

bonis operibus vacet,

* Si negavi, quod volebant, Iob. XXXI.
pauperibus, & oculos viduæ
expectare feci; * si comedi buc- 17
cellam meam solus, & non co-
medit pupillus ex ea; * (Quia 18
ab infantia mea crevit mecum
miseratio: & de utero matris
meæ egressa est mecum;) * si 24
putavi aurum robur meum, &
obrizo dixi: Fiducia mea; * si 25
lætatus sum super multis divitiis
meis: * decidam meritò ab ini- Ps. VII.
micis meis inanis.

Pſ. xxxviii. 8 * Et nunc quæ eſt expectatio mea? nonne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt. ſoli Deo adhæreat,

Tob. iii. 6 * Et nunc Domine ſecundùm voluntatem tuam fac mecum:

I. Par. xxix. 12 * tuæ divitiæ, & tua eſt glo-

Pſ. cxviii. 94 ria. * Tuus ſum ego, ſalvum me

Gen. xiv. 21 fac: * cætera tolle; * paratum cor paratuſ que

Pſ. cvii. 2 fit bonorum

Act. xx. 24 meum; * nihil vereor, dummodo omnium ſpo-

Pſ. cxviii. 124 conſummem curſum meum. * Fac tiùs jacturam facere quàm

cum ſervo tuo ſecundùm miſe- animæ.

Iob. i. 12 ricordiam tuam; * univerſa quæ

ii. 6 habet, in manu tua ſunt: * verumtamen animam illius ſerva:

II. Conclusio

Pro homine juſto in ſtatu tenuis fortunæ.

Eccli. xxxix. 31 * INitium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus; & mel, & botrus uvæ, & oleum, & veſtimen- Cùm perſuaſum illi ſit ſufficere homini ea quæ ſunt purè neceſſaria ad victum.

xxix. 28 tum, * & domus protegens tur-

I. Tim. vi. 6 pitudinem. * Eſt autem quæſtus, magnus pietas cum ſufficientia.

7 * Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quòd

nec auferre quid possumus.
& hac ratione vitari omne malum, cujus radix est cupiditas,
* Habentes autem alimenta, 8
& quibus tegamur, his contenti
sumus; * nam qui volunt divi- 9
tes fieri, incidunt in tentatio-
nem, & in laqueum diaboli,
& desideria multa inutilia &
nociva, quæ mergunt homines
in interitum & perditionem.
* Radix enim omnium malorum 10
est cupiditas, quam quidam ap-
petentes, erraverunt à fide, &
inseruerunt se doloribus multis.
iis manet ultro contentus,
* Tu autem, ô homo Dei, 11
hæc fuge: sectare verò justi-
tiam, pietatem, fidem, chari-
tatem, patientiam, mansuetu-
dinem. * Noli laborare ut dite- Prov. XXIII. 4
ris: sed prudentiæ tuæ pone mo-
dum. * Ne erigas oculos tuos 5
ad opes, quas non potes habe-
re: quia facient sibi pennas qua-
si aquilæ, & volabunt in cæ-
lum. * Melius est parum cum XVI. 8
justitia, quàm multi fructus cum
iniquitate; * melius est parum XV. 16
cum timore Domini, quàm
thesauri magni & insatiabiles;
* melius est modicum justo, su- Ps. XXXVI. 16
per divitias peccatorum multas.
eademque à Deo postulat
* Deus patrum nostrorum, & Sap. IX. 1

Prov. xxx. 8 Domine misericordiæ, * men- ad arcenda pericula, seu divitiarum, seu paupertatis extremæ.
dicitatem, & divitias ne dede-
ris mihi: tribue tantùm victui
9 meo necessaria, * ne fortè satia-
tus illiciar ad negandum, & di-
cam: Quis est Dominus? aut
egestate compulsus furer, &
perjurem nomen Dei mei.
Ps. cxviii. 72 * Bonum mihi lex oris tui,
super millia auri, & argenti.

III Conclusio

Pro homine justo & paupere.

Quærit suam consolationē & fortitudinem in societate unitatis cum Christo paupere:

Zach. ix. 9 * Ecce Rex tuus veniet tibi,
Ps. xxxix. 18 ipse pauper: * ego autem
mendicus sum & pauper.
Gen. xviii. 29 * Quid facies?
Prov. xix. 20 * Audi consilium:
Eccli. xxii. 28 * Fidem posside cum amico
in paupertate illius, ut & in bo-
29 nis illius læteris; * in tempore
tribulationis illius permane illi
fidelis, ut & in hæreditate il-
ii. 3 lius cohæres sis; * sustine su-
stentationes Dei: conjungere
Deo, & sustine, ut crescat in
novissimo vita tua.
Ps. lxvii. 11 * Parasti in dulcedine tua pau-

peri, Deus: * in via testimo- Ps. cxviii. 14
niorum tuorum delectatus sum,
sicut in omnibus divitiis. * Erue Ps. cxliii. 11
adeoque reputans contra existimationem mundi, me de manu filiorum alienorum,
quorum os locutum est vanita-
tem, & dextera eorum dextera
iniquitatis; * quorum filii, sicut 12
novellæ plantationes in juven-
tute sua; filiæ eorum composi-
tæ, circumornatæ ut similitudo
templi; * promptuaria eorum 13
plena, eructantia ex hoc in il-
lud; oves eorum fœtosæ, abun-
dantes in egressibus suis; * boves 14
eorum crassæ: non est ruina ma-
ceriæ, neque transitus, neque
clamor in plateis eorum.

in ea sitam esse felicitatem hominis, * Beatum dixerunt populum, 15
cui hæc sunt. Beatus populus,
cujus Dominus Deus ejus.

ex eadem sibi magna pollicetur bona. * Non in solo pane vivit ho- Matth. iv. 4
mo: * Justus autem ex fide vi- Rom. i. 17
vit.

* Pauperem quidem vitam Tob. iv. 23
gerimus: sed multa bona habe-
bimus, si timuerimus Deum, &
recesserimus ab omni peccato,
& fecerimus bene.

* Nonne Deus elegit paupe- Jac. ii. 5
res in hoc mundo divites in fi-
de, & heredes regni, quod re-

promisit Deus diligentibus se?
Ps. xxxvi. 3 * Spera in Domino, & fac
bonitatem; & inhabita terram,
4 & pascêris in divitiis ejus; * de-
lectare in Domino, & dabit tibi
Isai. lx. 5 petitiones cordis tui. * Tunc vi-
debis, & afflues, & mirabitur
Job. xxii. 26 & dilatabitur cor tuum; * tunc
super Omnipotentem deliciis
v. 21 afflues, * ridebis; * ingredieris
26 in abundantia sepulchrum, si-
cut infertur acervus tritici in
tempore suo.

IV. Conclusio.

Pro homine justo qui ex divite factus est pauper.

Ps. lxxviii. 8 * PAuperes facti sumus nimis. Excitat seipsum ad tolerantiam,
Isai. lxii. 11 * Ecce Salvator tuus venit:
II. Cor. viii. 9 * egenus factus est, cùm esset
dives.

Ps. cxii. 2 * Sit nomen Domini benedi- convenientiâ sui status cũ Christo Jesu,
Isai. xiv. 14 ctum: * similis ero Altissimo,
Dan. iii. 92 * similis filio Dei; * gloria ma-
Eccli. xxiii. 38 gna est sequi Dominum.

Jac. v. 11 * *Ecce, beatificamus eos qui* æstimatione patientiæ Sanctorum,
sustinuerunt. Sufferentiam Job
Job. i. 20 audistis; * scidit vestimenta sua,

& tonſo capite , corruens in
terram adoravit , * & dixit : 21
Nudus egreſſus ſum de utero
matris meæ , & nudus revertar
illuc : Dominus dedit , Domi-
nus abſtulit : ſicut Domino pla-
cuit, ita factum eſt : ſit nomen
Domini benedictum. * In om- 22
nibus his non peccavit Job la-
biis ſuis , neque ſtultum quid
contra Deum locutus eſt.

* Similiter facias. Eccli. II. 15

Ecce , beatificamus eos qui
ſuſtinuerunt , * quòd in multo II.Cor.VIII. 2
experimento tribulationis abun-
dantia gaudii ipſorum fuit , &
altiſſima paupertas eorum abun-
davit in divitias ſimplicitatis eo-
rum.

* *Beati pauperes , quia ve-* Luc. VI. 20
ſtrum eſt regnum Dei ; * nam & Heb. X. 34
rapinam bonorum veſtrorum
cum gaudio ſuſcepiſtis , cognoſ-
centes vos habere meliorem &
manentem ſubſtantiam. *Beati.*

* Vade , & tu fac ſimiliter , Luc. X. 37
* & beatus eris. XIV. 14

* Bona & mala , vita & mors, Eccli. XI. 14
paupertas & honeſtas à Deo
ſunt. * Si bona ſuſcepimus de Job. II. 10
manu Dei , mala quare non ſuſ-

& neceſſitate ſeſe ſubjiciendi voluntati Dei.

Ps. XXXIII. 2 cipiamus? * Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper
3 laus in ore meo: * in Domino laudabitur anima mea.

Huic concluſioni poteſt addi tertia.

V. CONCLUSIO.

Pro Religioſo qui profitetur paupertatem evangelicam.

Matth. XXI. 5 * ECce, Rex tuus venit tibi,
Zach. IX. 9 * & ipſe pauper.
Pſ. XL. 2 * *Beatus qui intelligit ſuper*
II. Cor. VIII. 9 *egenum & pauperem*; * ſcitis enim gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet dives, ut illius inopiâ vos divites eſſetis.

Benedicit Deo, quòd ſibi aperuerit myſterium voluntariæ paupertatis,

Beatus qui intelligit ſuper ege-
Col. II. 3 *num & pauperem*, * in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

Pſ. XV. 7 * Benedicam Dominum qui
2 tribuit mihi intellectum. * Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non
Apoc. III. 17 eges: * *& nullius egeo.*
Matth. XIX. 27 * Reliquimus omnia, & ſecuti
Tob. V. 25 ſumus te, * ut divitias computaremus hoc.

quæ relinquit omnia propter illum, illius ſolùm eget, & omnia recuperat in illo.

* *Ego ſum pauper, & nullius* Pſ. LXVIII. 30
egeo; * quid enim mihi eſt in Pſ. LXXII. 25
cælo? & à te quid volui ſuper
terram?

* Quæ fuerunt mihi lucra, Philip. III. 7
hæc arbitratus ſum propter Chri-
ſtum detrimenta, * propter 8
quem omnia detrimentum feci,
& arbitror ut ſtercora, ut Chri-
ſtum lucrifaciam: * & divitias Sap. VII. 8
nihil eſſe duxi in comparatione
illius.

Ego ſum pauper, & nullius
egeo; * mihi enim vivere Chri- Philip. I. 21
ſtus, & mori lucrum. * Domi- Pſ. XV. 5
nus pars hereditatis meæ: tu es
qui reſtitues hereditatem meam
mihi.

* Quanta fecit animæ meæ! Pſ. LXV. 16

* Miſerationum Domini re- Iſai. LXIII. 7
cordabor, laudem Domini ſu-
per omnibus quæ reddidit nobis
Dominus.

* Obliviſci me fecit Deus Gen. XLI. 51
omnium laborum meorum, &
domûs patris mei: * creſcere me 52
fecit Deus in terra paupertatis
meæ. * Anima mea exultabit in Pſ. XXXIV. 9
Domino, & delectabitur ſuper
ſalutari ſuo: * quoniam Domi- Joſue. XIII. 33
nus Deus Iſraël ipſe eſt poſſeſſio
ejus.

II. Cor. VII. 4 ejus. * Repletus ſum conſolatio-
Philip. IV. 18 ne, ſuperabundo gaudio : * ha-
beo omnia, & abundo : reple-
Deut. XVIII. 2 tus ſum ; * Dominus enim ipſe
eſt hereditas.

VI. Conclusio.

Pro homine divite & avaro.

Agnoſcit inutilitatem omnium laborũ avaritiæ.

VÆ vobis divitibus, quia
habetis conſolationem ve-
Iſai. XVIII. 4 *ſtram* : * hæc dicit Dominus
ad me.

Oſee. XII. 8 * Dives effectus ſum, inveni
idolum mihi.

Eccle. II. 22 * Quid proderit homini de
univerſo labore ſuo, & afflictio-
ne ſpiritûs, quâ ſub ſole cru-
v. 14 ciatus eſt? * ſicut egreſſus eſt nu-
dus de utero matris ſuæ, ſic re-
vertetur, & nihil auferet ſecum
Marc. VIII. 36 de labore ſuo. * Quid proderit
homini, ſi lucretur mundum
totum, & detrimentum animæ
37 ſuæ faciat? * aut quid dabit ho-
mo commutationis pro anima
ſua?

Eccle. IV. 8 * Cui laboro, & fraudo ani-
Luc. XII. 20 mam meam bonis? * Stulte, hac

noćte animam tuam repetunt à
te, quæ autem paraſti, cujus
erunt?

justum timorem judicii ſ unend Jeſu paupere,

* *Quid faciam cùm ſurrexerit* Job xxxi. 14
ad judicandum Deus? & cùm
quæſierit, quid reſpondebo illi?
* Egenus factus eſt, cùm eſ- II. Cor. VIII. 9
ſet dives: *Quid reſpondebo illi?*
* Neque fornicarii, neque I. Cor. VI. 9
idolis ſervientes, neque adulteri,
* neque molles, neque fures, 10
neque avari, neque ebrioſi, ne-
que maledici, neque rapaces re-
gnum Dei poſſidebunt. *Quid fa-*
ciam cùm ſurrexerit ad judi-
candum Deus?

futurum tunc dolorem ex defectu bonorum operum,

* Tunc dicet his, qui à ſini- Matth XXV. 41
ſtris erunt: Diſcedite à me ma-
ledicti in ignem æternum, qui
paratus eſt diabolo, & angelis
ejus; * eſurivi enim, & non 42
dediſtis mihi manducare: ſitivi,
& non dediſtis mihi potum:
* hoſpes eram, & non collegi- 43
ſtis me: nudus, & non coope-
ruiſtis me: infirmus, & in car-
cere, & non viſitaſtis me. *Quid*
reſpondebo illi? quid . . . * Do- 44
mine, quando te vidimus eſu-
rientem, aut ſitientem, aut
hoſpitem, aut nudum, aut in-

firmum, aut in carcere, & non
45 miniſtravimus tibi? * Tunc
reſpondebit illis, dicens: Amen
dico vobis: quandiu non feciſtis uni de minoribus, nec mihi
feciſtis.

Quid faciam?

Rom. VII. 24 * Quis me liberabit? & impotentiam ad ea ſupplenda;

Marc. VIII. 37 * Quid dabit homo commutationis pro anima ſua?

Pſ. XLVIII. 8 * Frater non redimit; redimet homo? Non dabit Deo placa-
9 tionem ſuam, * & pretium re-
Prov. XI. 4 demptionis animæ ſuæ. * Non proderunt divitiæ in die ultionis: juſtitia autem liberabit à
Eccli. XL. 24 morte, * miſericordia liberabit.

Prov. XIII. 8 * Redemptio animæ viri, di-
Job. II. 4 vitiæ ſuæ: * cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua.

unde concludit, uti ſe debere ſuis bonis juxta leges juſtitiæ & caritatis.

Dan. IV. 24 * Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum.

Joſ. VII. 20 * Verè egò peccavi Domino
Luc. XIX. 8 Deo Iſraël; * ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.

Pſ. CXVIII. 33 * Legem pone mihi Domine viam juſtificationum tuarum: Hanc à Deo gratiam efflagitat.

*inclina cor meum in teſtimonia 36
tua, & non in avaritiam: * greſ- 133
ſus meos dirige ſecundùm elo-
quium tuum, & non dominetur
mei omnis injuſtitia; * bo- 72
num mihi lex oris tui, ſuper
millia auri & argenti.

ſine qua ſe minimè divitem eſſe ſibi perſuadet.

* Benedictio Domini divites Prov. x. 22
facit. * Eſt quaſi dives, cùm xiii. 7
nihil habeat, & eſt quaſi pau-
per, cùm in multis divitiis ſit:
* ſic eſt qui ſibi theſaurizat, & Luc. xii. 21
non eſt in Deum dives.

* Ubi non eſt ſcientia animæ, Prov. xix. 2
non eſt bonum.

VII. Conclusio.

Pro peccatore qui ex divite factus eſt pauper.

Habet pro pœna à Deo ſibi inflicta paupertatem ſuam:

* MAnus Domini tetigit Job. xix. 21
me. * Egeſtas à Domino Prov. iii. 33
in domo impii; * ego ille quon- Job. xvi. 13
dam opulentus, repente contri-
tus ſum, * Ecce manus Domini Act. xiii. 11
ſuper te, * eò quòd non ſervie- Deut. xxviii.
ris Domino Deo tuo in gaudio, 47
cordiſque lætitia, propter re-
rum omnium abundantiam.

Thr. iii. 1 * Ego vir videns pauperta- cujus miſe-
tem meam in virga indignatio- rias perſenſit:
2 nis ejus: * me minavit, & ad-
duxit in tenebras, & non in lu-
5 cem; * circumdedit me felle &
6 labore; * in tenebroſis collo-
cavit me, quaſi mortuos ſem-
14 piternos; * factus ſum in deri-
ſum omni populo, canticum eo-
15 rum tota die; * replevit me ama-
ritudinibus, inebriavit me ab-
ſynthio.
21 * Hæc recolens in corde meo, ſimul & pro
22 ideo ſperabo. * Miſericordiæ ratione, bene
Domini quia non ſumus con- ſperandi de
ſumpti, quia non defecerunt Deo qui no-
24 miſerationes ejus. * *Pars mea* luit eum fun-
Dominus, dixit anima mea: pro- ditus perdere,
25 pterea expectabo eum. * Bonus
eſt Dominus ſperantibus in eum,
26 animæ quærenti illum. * Bonum
eſt præſtolari cum ſilentio ſalu-
31 tare Dei: * quia non repellet in
32 ſempiternum Dominus; * quia
ſi abjecit, & miſerebitur ſe-
cundum multitudinem miſeri-
40 cordiarum ſuarum. * Scrutemur revertendi
vias noſtras, & quæramus, & ad eum per
41 revertamur ad Dominum; * le- pœnitentiam,
vemus corda noſtra cum mani-
42 bus ad Dominum in cælos: * nos

iniquè egimus, & ad iracun-
diam provocavimus. * Etiamsi Job. XIII. 15
occiderit me, in ipso sperabo :
verumtamen vias meas in con-
spectu ejus arguam : * & ipse 16
erit Salvator meus.

& feliciter vivendi in ejus possessione.

Pars mea Dominus.
* Dives sum, Apoc. III. 17
* Dives & felix Job. XXI. 23
* Magis, quàm principio. XLII. 12

VIII. Conclusio.

Pro homine peccatore & paupere.

Exprobrat ipse sibi vitæ suæ depravationem,

* PAuperes sunt & stulti, I r. v. 4
ignorantes viam Domini,
judicium Dei sui.
* Verè & tu ex illis es; * es Matt. XXVI. 73
miser, & miserabilis, & pau- Apoc. III. 17
per : * tui verò oculi & cor ad Ier. XXII. 17
avaritiam, & ad sanguinem in-
nocentem fundendum, & ad
calumniam, & ad cursum mali
operis. * Si videbas furem, cur- Ps. XLIX. 18
rebas cum eo : & cum adulteris
portionem tuam ponebas.

ejusdem miseriam animo repræsentat,

* Væ misero mihi! * in do- Ier. XLV. 3 / Isai. III. 7
mo mea non est panis : * non est Deut. XXXI. 17
Deus mecum. * Repleta est ma- Ps. LXXXVII. 4

lis anima mea : *& vita mea inferno appropinquavit.*

Eccle. VI. 8 * Quid habet pauper, nisi ut pergat illuc ubi est vita ? *& vita mea inferno appropinquavit.*

Eccli. X. 33 * Pauper gloriatur per disci-
Luc. XVIII. 4 plinam & timorem suum : * & Deum non timeo, neque hominem revereor.

Matth. V. 3 * Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum : *& vita mea inferno appropinquavit.*

Eccli. XIII. 30 * Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia : & nequissima paupertas in ore im-
Prov. VI. 32 pii : * propter cordis inopiam perdet animam suam.

Vita mea inferno appropinquavit.

Act. VIII. 22 * Pœnitentiam age. & ad illam quærit remedium in pœnitentia & patientia.
Eccli. II. 6 * Crede Deo, & recuperabit
Iac. II. 5 te. * Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se ?
Isai. XLVIII. 17 * Hæc dicit Dominus redem-
10 ptor tuus : * Elegi te in camino
Eccli. II. 4 paupertatis, * in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam
6 habe ; * dirige viam tuam, &

& ſpera in illum; ſerva timorem illius, & in illo veteraſce.
* Parcet pauperi & inopi, & Pſ. LXXI. 13
animas pauperum ſalvas faciet.

* Portio mea Domine, dixi, Pſ. CXVIII. 57
cuſtodire legem tuam. * Fac cum 124
ſervo tuo ſecundùm miſericordiam tuam, & juſtificationes
tuas doce me: * lætabor ego 162
ſuper eloquia tua, ſicut qui invenit ſpolia multa.





TRES MEDITATIONES DE HUMILITATE.

PRIMA MEDITATIO.

De necessitate humilitatis.

I. PUNCTUM.

Prima ratio hujus necessitatis.

Doctrina Christi.

II. Tim. III. 2 *  OMINES elati, Jesus declarat humilitatis necessitatem ad salutem.
3 superbi, * sine pa-
ce, immites, sine
4 benignitate, * tu-
Isai. LV. 3 midi,* inclinate aurem vestram,
& venite ad me: audite, & vivet anima vestra.

Matth. XVIII. 3 * Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.

* Sinite parvulos venire ad me, Marc. x. 14
& ne prohibueritis eos; talium
eſt enim regnum cælorum. * A- 15
men dico vobis: Quiſquis non
receperit regnum Dei ſicut par-
vulus, non intrabit in illud.

* Arrogantiam & ſuperbiam Prov. VIII. 13
deteſtor. * Initium ſuperbiæ ho- Eccli. x. 14
minis, apoſtatare à Deo:* quo- 15
niam ab eo, qui fecit illum,
receſſit cor ejus. * Propter quod Iac. IV. 6
Deus ſuperbis reſiſtit, humili-
bus autem dat gratiam: * om- Luc. XIV. 11
nis qui ſe exaltat, humiliabitur,
& qui ſe humiliat, exaltabitur.

* Hæc eſt via, ambulate in Iſai. XXX. 21
ea.

Sentit homo ejus difficultatem ſimul & deſiderium.

* Magiſter bone,* quidnam Matth. XIX. 16 Marc. I. 27
eſt hoc? quænam doctrina hæc
nova? * quoniam omne quod I. Ioan. II. 16
eſt in mundo, eſt ſuperbia vitæ:
* cuncta ſubjacent vanitati. Eccle. III. 19
* Dilexerunt gloriam hominum Ioan. XII. 43
magis, quàm gloriam Dei: *& Eccli. XIII. 24
abominatio eſt ſuperbo humili-
tas.

* Domine, doce me juſtifica- Pſ. CXVIII. 12
tiones tuas:* concupivit anima 20
mea deſiderare juſtificationes
tuas. * Da mihi intellectum, & 34
ſcrutabor legem tuam, & cu-

ſtodiam illam in toto corde meo;
39 * amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum.

II. PUNCTUM.

Secunda ratio.

Exemplum Chriſti.

Ieſus excitat homines exemplo ſuo ad humilitatis amorem & praxim.

Matth. XI. 29 * *DIſcite à me, quia mitis*
ſum & humilis corde.
XX. 28 * Filius hominis non venit mi-
Ioan. V. 30 niſtrari, ſed miniſtrare. * Non
quæro voluntatem meam, ſed
voluntatem ejus qui miſit me;
VIII. 50 * ego non quæro gloriam meam;
Pſ. LXXXVII. 16 eſt qui quærat & judicet; * pau-
per ſum ego, & in laboribus à
Pſ. XXI. 7 juventute mea; * ego ſum ver-
mis, & non homo: opprobrium
hominum, & abjectio plebis.
8 * Omnes videntes me, deriſe-
Pſ. LXXXVII. 9 runt me: * poſuerunt me abo-
Pſ. LXVIII. 8 minationem ſibi: * operuit con-
Pſ. CXIX. 7 fuſio faciem meam; * cum his qui
oderunt pacem, eram pacificus:
cùm loquebar illis, impugna-
Pſ. XXXVII. 15 bant me gratis. * Et factus ſum
ſicut homo non audiens, & non
habens in ore ſuo redargutiones:
Pſ. CXVIII. 107 * humiliatus ſum uſquequaque.

eisdemque sui exempli vim evidenti ratione inculcat,

Discite à me, quia mitis sum,
& humilis corde. * Vos vocatis Ioan. XIII. 13
me, Magister, & Domine: &
bene dicitis; sum etenim. *Non Luc. VI. 40
est discipulus super magistrum:
perfectus autem omnis erit, si
sit sicut magister ejus. * Exem- Ioan. XIII. 15
plum dedi vobis, ut quemad-
modum ego feci, ita & vos fa-
ciatis. * Amen, amen dico vo- 16
bis: Non est servus major Do-
mino suo: neque Apostolus ma-
jor est eo, qui misit illum. * Si 17
hæc scitis, beati eritis si feceri-
tis ea. * Reges Gentium domi- Luc. XXII. 25
nantur eorum: & qui potesta-
tem habent super eos, benefici
vocantur; * vos autem non sic: 26
sed qui major est in vobis, fiat
sicut minor: & qui præcessor est,
sicut ministrator. * Nam quis 27
major est, qui recumbit, an
qui ministrat? Nonne qui re-
cumbit? ego autem in medio
vestrûm sum, sicut qui ministrat.
* Mementote sermonis mei, Ioan. XV. 20
quem ego dixi vobis: Non est
servus major Domino suo:* ego Ps. CXV. 10
autem humiliatus sum nimis,
* Dominus & Magister; * hu- Ioan. XIII. 14
miliamini igitur. I. Pet. V. 6

II. Tim. III. 2 Iſai. XL. 9 * Homines ſuperbi, * ecce Homo vividam humilitatis Chriſti
10 Deus veſter, * ecce Dominus imaginem exprimit ex omni ejus vita:
Heb. XII. 3 Deus: * recogitate eum.
Iſai. XXXVIII. 15 * Recogitabo.
XXV. 9 * Ecce Deus noſter: * quàm
Heb. II. 9 angeli minoratus eſt: * Verbum
Ioan. I. 14 caro factum eſt, * eſt Filius
Marc. VI. 3 Mariæ. * Cùm natus eſſet,
Matth. II. 1 * pannis eum involvit, & recli-
Luc. II. 7 navit eum in præſepio: * & poſt-
21 quam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum eſt nomen ejus, Jeſus.
22 * Tulerunt eum in Jeruſalem, ut
39 ſiſterent eum Domino: * & ut perfecerunt omnia ſecundùm legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam, in civitatem ſuam
40 Nazareth. * Puer autem creſcebat, & confortabatur, plenus
51 ſapientiâ, * & erat ſubditus il-
Philip. II. 6 lis: * qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt
7 eſſe ſe æqualem Deo: * ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens.

Marc. I. 9 * Baptizatus eſt à Joanne in
Rom. VIII. 3 Jordane, * in ſimilitudinem
Luc. III. 23 carnis peccati: * putabatur fi-
Matth. XI. 19 lius Joſeph, * homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.

* Cum sceleratis reputatus est, Isai. LIII. 12
* qui pertransiit benefaciendo , Act. x. 38
& sanando omnes oppressos à
diabolo; * qui peccatum non fe- I. Pet. II. 22
cit, nec inventus est dolus in
ore ejus ; * qui non noverat pec- II Cor. v. 21
catum ; * qui cùm maledicere- I. Pet. II. 23
tur, non maledicebat : cùm pa-
teretur, non comminabatur :tra-
debat autem judicanti se injustè.

* Humiliavit semetipsum, fa- Philip. II. 8
ctus obediens usque ad mortem ,
mortem autem crucis ; * propo- Heb. XII 2
sito sibi gaudio sustinuit crucem,
confusione contempta.

* *Inspice , & fac secundùm* Exod. XXV. 40
hoc vero humilitatis exéplar intuens suam omnem superbiam recognoscit ; *exemplar , quod tibi monstratum*
est ; * si ignoras te , *inspice* Cant. I. 7
exemplar.

* *Tu quis es ?* Joan. I. 19

* Vir vanus, Job. XI. 12

* Universa vanitas , Ps. XXXVIII. 6

* Homo vanitati similis: CXLIII. 4

* Qui sibi videbatur etiam II. Mac. IX. 8
fluctibus maris imperare , supra
humanum modum superbiâ re-
pletus , & montium altitudines
in statera appendere.

Tu quis es ?

dámnat in seipso , *Inspice :* * Quid superbit terra Eccli. x. 9
& cinis ? * humiliatio tua in Mich. VI. 14

Eccli. x. 22 medio tui : * non est creata ho-
minibus superbia.

Job. xv. 12 *Inspice :* * Quid te elevat cor — in bonis vitæ,
Isai. xl. 6 tuum ? * omnis caro fœnum,
& omnis gloria ejus quasi flos
Sap. v. 8 agri. * Quid profuit superbia?
aut divitiarum jactantia quid
9 contulit * omnia illa tanquam
umbra.

Ps. li. 3 *Inspice :* * Quid gloriaris in — in peccatis suis,
Ps. lxviii. 3 malitia ? * infixus in limo pro-
Ps. xlviii. 13 fundi, * comparatus jumentis
insipientibus, & similis factus
illis ?

Job. xv. 13 *Inspice :* * Quid tumet con- — in dotibus quibuslibet,
I. Cor. iv. 7 tra Deum spiritus tuus ? * Quid
habes quod non accepisti ? si
autem accepisti, quid gloriaris
quasi non acceperis ?

Judith. viii. 16 * Et ideo humiliemus illi ani- — detestaturque ex animo humili & contrito.
mas nostras, & in spiritu con-
stituti humiliato, servientes illi,
17 * *dicamus, flentes Domino*, ut
secundùm voluntatem suam sic
faciat nobiscum misericordiam
suam : ut sicut conturbatum est
cor nostrum in superbia, ita
etiam de nostra humilitate glo-
riemur.

Dicamus Domino :

II. Esd. i. 6 * Peccavimus, * vanitate se-
7

ducti sumus : * cor contritum & humiliatum Deus, non despicies. * Confundantur superbi : * sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur.

Ps. L. 19
Ps. cxviii. 78
Dan. iii. 39



II. MEDITATIO.

De praxi humilitatis.

I. PUNCTUM.

Regulæ humilitatis.

Homo persuasus exemplo & doctrina Christi,

* *INspice, & fac secundùm exemplar quod tibi monstratum est.* — Exod. xxv. 40

* Magister est :— *Tu discipulus. — Matth. xxiii. 10; Ioan. ix. 28

* Dominus est : —*Ego sum servus. — Matth. xii. 8; II. Reg. ix. 2

* Noster autem Dominus, Deus est : —*Nihil sum. — II. Par. xiii. 10; II. Cor. xii. 11

* Non est sanctus, ut est Dominus:—*Homo peccator sum. — I. Reg. ii. 2; Luc. v. 8

* Non est discipulus super magistrum. — vi. 40

* Non est servus major Domino suo. — Ioan. xv. 20

* Major Deus homine. — Iob. xxxiii. 12

* Humiliavit semetipsum : — Philip. ii. 8

Eccli III. 20 * humilia te. ſolidam ſibi
Col. IV. 1 * Juſtum eſt & æquum : * ero proponit hu-
II. Reg. VI. 22 militatis pra-
Gen. XXXIII. 14 humilis , * ſequar paulatim ve- xim
Iob. VI. 10 ſtigia ejus , * nec contradicam
ſermonibus Sancti.

Inſpice & fac.

Eccli. III. 20 * Humilia te in omnibus;
Pſ. XXXVI. 7
Ier. IX. 23 * *Subditus eſto Domino.* * Hæc erga Deum,
dicit Dominus : Non glorietur
ſapiens in ſapientia ſua , & non
glorietur fortis in fortitudine
ſua , & non glorietur dives in
24 divitiis ſuis : * ſed in hoc glo-
rietur, qui gloriatur , ſcire &
noſſe me : quia ego ſum Domi-
nus qui facio miſericordiam , &
judicium , & juſtitiam in terra ;
hæc enim placent mihi.

I Pet. II. 13 *Subditus eſto Domino* , * om- erga proxi-
ni humanæ creaturæ propter mum,
Eccli. IV. 7 Deum : * congregationi pau-
perum affabilem te facito ; Pre-
ſbytero humilia animam tuam ,
& magnato humilia caput tuum :
I. Pet. II. 15 * quia ſic eſt voluntas Dei.
Rom. XI. 20 * Tu fide ſtas : noli altum ſa- in fide,
pere , ſed time.
Gen. II. 17 * De ligno ſcientiæ boni & in ſcientia,
I. Cor. VIII. 1 mali ne comedas : * ſcientia in-
2 flat. * Si quis ſe exiſtimat ſci-
re aliquid , nondum cognovit

quemadmodum oporteat eum
ſcire. * *Humilia valde ſpiritum* Eccli. vii. 19
tuum : * altiora te ne quæſieris, iii 22
& fortiora te ne ſcrutatus fueris:
ſed quæ præcepit tibi Deus,
illa cogita ſemper, & in pluri-
bus operibus ejus ne fueris cu-
rioſus; * non eſt enim tibi ne- 23
ceſſarium, ea quæ abſcondita
ſunt, videre oculis tuis. * In ſu- 24
pervacuis rebus noli ſcrutari
multipliciter, & in pluribus
operibus ejus non eris curioſus;
* plurima enim ſuper ſenſum 25
hominum oſtenſa ſunt tibi.
* Multos quoque ſupplantavit 26
ſuſpicio illorum, & in vanitate
detinuit ſenſus illorum. * Stul- II. Tim. ii. 23
tas & ſine diſciplina quæſtiones
devita : ſciens quia generant li-
tes. * Servum autem Domini 24
non oportet litigare, ſed man-
ſuetum eſſe ad omnes, docibi-
lem, patientem, * cum mode- 25
ſtia corripientem eos, qui reſi-
ſtunt veritati. *Humilia valde*
ſpiritum tuum.
* Cùm facis eleemoſynam, Matth. vi. 2
in bonis operibus, noli tubâ canere ante te, ſicut
hypocritæ faciunt in ſynagogis,
& in vicis, ut honorificentur

3 ab hominibus : * te autem fa-
ciente eleemosynam, nesciat si-
nistra tua quid faciat dextera
4 tua : * ut sit eleemosyna tua in
abscondito : & pater tuus, qui
videt in abscondito, reddet tibi.
6 * Cùm oraveris, intra in cubi-
culum tuum, & clauso ostio,
ora patrem tuum in abscondi-
to : & pater tuus, qui videt in
17 abscondito, reddet tibi. * Cùm
jejunas, unge caput tuum, &
18 faciem tuam lava, * ne videaris
ab hominibus jejunans, sed pa-
tri tuo, qui est in abscondito :
& pater tuus qui videt in abs-
condito reddet tibi.

Ps. xxxvi. 7 * Noli æmulari in eo, qui *in iis quæ spectant ad divitias & honores,*
Prov. xxiii. 4 prosperatur in via sua; * noli
laborare ut diteris : sed pruden-
II. Mac. vii. 34 tiæ tuæ pone modum; * noli
Eccli. vii. 4 frustra extolli vanis spebus; * no-
li quærere à Domino ducatum,
neque à Rege cathedram hono-
xxxii. 1 ris. * Rectorem te posuerunt?
noli extolli : esto in illis quasi
Matth. xx. 28 unus ex ipsis, * sicut filius ho-
minis non venit ministrari, sed
Eccli. iii. 20 ministrare. * Quantò magnus
es, humilia te in omnibus, &
coram Deo invenies gratiam :

* quoniam magna potentia Dei 21
solius, & ab humilibus hono-
ratur.

in afflictionibus,

* Quem diligit Dominus, Prov. III. 12
corripit;*præpara animam tuam Eccli. II. 1
ad tentationem: * deprime cor 2
tuum: * omne quod tibi appli- 4
citum fuerit, accipe, & in do-
lore sustine, & in humilitate
tua patientiam habe; * quoniam 5
in igne probatur aurum & ar-
gentum, homines verò recepti-
biles in camino humiliationis.
* Humiliare Deo, & expecta XIII. 9
manus ejus.

erga inimicos,

* Ne dicas: Reddam malum: Prov. XX. 22
* sed vince in bono malum, Rom. XII. 21
* cum omni humilitate & man- Ephes. IV. 2
suetudine. * Jesus dicebat: Pa- Luc. XXIII. 34
ter dimitte illis;non enim sciunt
quid faciunt:* pro transgressori- Isai. LIII. 12
bus rogavit; * memento omnis Ps. CXXXI. 1
mansuetudinis ejus.

in cogitationibus, verbis, & actionibus,

* Superbiam nunquam in tuo Tob. IV. 14
sensu, aut in tuo verbo domi-
nari permittas; in ipsa enim
initium sumpsit omnis perditio.
* Laudet te alienus, & non os Prov. XXVII. 2
tuum: extraneus, & non labia
tua; * non enim qui se ipsum II. Cor. X. 18
commendat, ille probatus est,

ſed quem Deus commendat.
Prov. III. 7 * Ne ſis ſapiens apud temetip-
Gal. VI. 3 ſum ; * nam ſi quis exiſtimat,
ſe aliquid eſſe , cùm nihil ſit ,
Eccli. VI. 2 ipſe ſe ſeducit. * Non te extol-
las in cogitatione animæ tuæ ;
X. 29 * noli extollere te in faciendo
31 opere tuo : * in manſuetudine
III. 19 ſerva animam tuam : * in man-
ſuetudine opera tua perfice.
Pſ. CXXXII. 1 * Quàm bonum , & quàm & in officiis
jucundum , habitare fratres in humanæ ſo-
Gal. V. 26 unum. * Non efficiamur inanis cietatis.
gloriæ cupidi , invicem provo-
cantes , invicem invidentes :
13 * ſed per charitatem ſpiritûs ſer-
Rom. XII. 10 vite invicem , * honore invicem
16 prævenientes , * idipſum invi-
cem ſentientes : non alta ſapien-
tes : ſed humilibus conſentien-
18 tes , * ſi fieri poteſt , quod ex
vobis eſt , cum omnibus homi-
Philip. II. 3 nibus pacem habentes ; * nihil
per contentionem , neque per
inanem gloriam , ſed in humili-
tate ſuperiores ſibi invicem ar-
4 bitrantes ; * non quæ ſua ſunt
ſinguli conſiderantes , ſed ea quæ
5 aliorum ; * hoc enim ſentite in
vobis , quod & in Chriſto Jeſu,
6 8 * qui * humiliavit ſemetipſum ,

* vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. I. Pet. II. 21

* Qui facit hæc, non movebitur in æternum. * Omnia facito secundùm exemplar quod tibi ostensum est. *Humilia te in omnibus.* Ps. XIV. 5 Hebr. VIII. 5

II. Punctum.

Oratio ad Jesum humilem, cui sese homo imitatorem offert.

Gratiarum actio pro accepto spiritu humilitatis:

* Jesu Præceptor, * mitis & humilis corde, * obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, * Rex meus, * exemplum meum, * quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! * posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam; * arrogantiam & superbiam detestor: * scio & humiliari. * Bonum mihi quia humiliasti me! Luc. XVII. 13 Matth. XI. 29 Philip. II. 8 Ps. V. 3 Zach. XIII. 5 Ps. CXVIII. 103 Prov. XXIV. 32 VIII. 13 Philip. IV. 12 Ps. CXVIII. 71

ejusdem conservandi desiderium,

* Confirma hoc, Deus, quod operatus es: * Averte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua vivifica me; * gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: * non veniat mihi pes Ps. LXVII. 29 Ps. CXVIII. 37 133 Ps. XXXV. 12

superbiæ : & manus peccatoris
Ps. cxviii. 49 non moveat me ; * memor esto
verbi tui servo tuo, in quo mihi
Matth. xi. 28 spem dedisti. * *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos;*
29 * *tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde : & invenietis*
30 *requiem animabus vestris ; * jugum enim meum suave est, &*
Ps. cxviii. 50 *onus meum leve.* * Hæc me consolata est in humilitate mea.

141 * Adolescentulus sum ego, &
71 contemptus : * bonum mihi.
II. Reg. vi. 22 * *Vilior fiam, plusquam factus sum : & ero humilis in oculis*
Ps. cxviii. 42 *meis : * & respondebo exprobrantibus mihi.*

& illum redigendi ad praxim propositum firmũ, usque ad contemnendum contemptum mundi.

67 *Et respondebo :* * Priusquam humiliarer, ego deliqui ;

Prov. xvi. 19 *Et respondebo :* * Melius est humiliari cum mitibus, quàm dividere spolia cum superbis ;

Ps. xxxix. 9
Ps. lxxxiii. 11 *Et respondebo :* * Volui: * elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Ero humilis in oculis meis, & respondebo exprobrantibus mihi :
Philip. ii. 8
Joan. xv. 20 * Humiliavit semetipsum: * non

eſt ſervus major Domino ſuo ;
* gloria magna eſt ſequi Domi- Eccli.xxIII.38
num. * Propoſito ſibi gaudio , Hebr.XII. 2
ſuſtinuit crucem , confuſione
contempta , atque in dextera ſe-
dis Dei ſedet.

Vilior fiam pluſquam factus
ſum , * & non confundar ; * & Eccli. LI. 14 Philip.I. 18
in hoc gaudeo , ſed & gaudebo;
Et reſpondebo exprobrantibus
mihi : * Scio quia hoc mihi pro- 19
veniet ad ſalutem , * glorioſior II. Reg.VI. 22
apparebo ;

Et reſpondebo : * quia ſperavi Pſ.CXVIII. 42
in ſermonibus tuis : * quia om- Luc.XVIII.14
nis qui ſe exaltat , humiliabitur ,
& qui ſe humiliat , exaltabitur.

III. MEDITATIO.

Humilis animæ canticum.

I. Punctum.

Superbiæ humiliatio.

Profligata ſuperbia,

* VÆ *coronæ ſuperbiæ :* * *pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ.* Iſai.XXVIII. 1 3

in Lucifero,

* Videbam Satanam ſicut ful- Luc. X. 18
gur

Job. XLI. 25 gur de cælo cadentem : * ipſe
eſt rex ſuper univerſos filios ſu-
Iſai. XIV. 12 perbiæ. * Quomodo cecidiſti de
13 cælo Lucifer, * qui dicebas in
corde tuo : In cælum conſcen-
dam, ſuper aſtra Dei exaltabo
14 ſolium meum, * ſimilis ero Al-
11 tiſſimo : * detracta eſt ad infe-
ros ſuperbia tua.

Gen. III. 9 * Adam, ubi es? — in Adamo.
4 * Dixit ſerpens ad mulierem :
5 * Eritis ſicut Dii. * Vidit mulier
6 quòd bonum eſſet lignum ad
veſcendum, & pulchrum oculis,
aſpectuque delectabile ; & tulit
de fructu illius, & comedit :
deditque viro ſuo, qui comedit.
23 * Et emiſit eum Dominus Deus
de paradiſo voluptatis, ut ope-
raretur terram, de qua ſum-
ptus eſt.

Eccli. XVI. 8 * Non exoraverunt pro pec- — in Gigantibus tempore diluvii.
catis ſuis antiqui gigantes, qui
destructi ſunt confidentes ſuæ
Sap. XIV. 6 virtuti. * Cùm perirent ſuperbi
gigantes, ſpes orbis terrarum
ad ratem confugiens, remiſit
ſæculo ſemen nativitatis, quæ
Gen. X. 32 nutu tuo erat gubernata :* ab his
diviſæ ſunt gentes in terra poſt
diluvium.

Q

in ædificatoribus turris Babel, * Erat autem terra labii unius. xi.
* Dixitque alter ad proximum 3
ſuum : * Venite, faciamus nobis 4
civitatem & turrim, cujus cul-
men pertingat ad cælum : &
celebremus nomen noſtrum an-
tequam dividamur in univerſas
terras. * Deſcendit autem Do- 5
minus ut videret civitatem &
turrim, quam ædificabant filii
Adam, * & dixit : *Confunda- 6
mus ibi linguam eorum, ut non 7
audiat unuſquiſque vocem pro-
ximi ſui. * Et ceſſaverunt ædifi- 8
care civitatem ; * & idcirco vo- 9
catum eſt nomen ejus Babel,
quia ibi confuſum eſt labium
univerſæ terræ.

Væ coronæ ſuperbiæ. * Deus I. Petr. v. 5
ſuperbis reſiſtit, * nec ſuperbi Judith. ix. 16
ab initio placuerunt, * & non Oſee. ix. 4
placebunt ei. *Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ.*

in Pharaone, * Cantemus Domino ; glorio- Exod. xv. 1
sè enim magnificatus eſt.* Dex- 6
tera tua Domine magnificata
eſt in fortitudine, * & in mul- 7
titudine gloriæ tuæ depoſuiſti
adverſarios tuos.

* Quis eſt Dominus, ut au- v. 2
diam vocem ejus, & dimittam

4 Iſraël ? Neſcio Dominum, * ait
xv. 19 rex Ægypti.* Ingreſſus eſt eques
Pharao cum curribus & equi-
tibus ejus in mare : & reduxit
ſuper eos Dominus aquas ma-
10 ris ; * ſubmerſi ſunt quaſi plum-
bum in aquis vehementibus ;
1 * equum & aſcenſorem dejecit
in mare.

Dan. v. 18 * Deus altiſſimus regnum & in Nabuchodonoſore.
magnificentiam, gloriam &
honorem dedit Nabuchodono-
20 ſor ; * elevatum eſt cor ejus, &
ſpiritus illius obfirmatus eſt ad
ſuperbiam : depoſitus eſt de ſo-
lio regni ſui, & gloria ejus
21 ablata eſt ; * & à filiis hominum
ejectus eſt, ſed & cor ejus cum
beſtiis poſitum eſt, & cum ona-
gris erat habitatio ejus : fœnum
quoque ut bos comedebat.

22 * Tu quoque filius ejus Bal- in Baltaſſare.
taſſar, non humiliaſti cor tuum,
23 cùm ſcires hæc omnia : * ſed
adversùm dominatorem cæli
24 26 elevatus es ; * idcirco * numera-
vit Deus regnum tuum, & com-
27 plevit illud : * appenſus es in
ſtatera, & inventus es minùs
28 habens ; * diviſum eſt regnum
tuum, & datum eſt Medis &
Perſis.

* Abominatio Domini eſt Prov. xvi. 5
omnis arrogans : etiamſi manus
ad manum fuerit, non eſt in-
nocens. * Quis reſtitit ei, & pa- Job. ix. 4
cem habuit ?

in Amano, * Suſpenſus eſt Aman in pa- Eſth. vii. 10
tibulo, quod paraverat Mardo-
chæo.

in Antiocho, * Antiochus * cœpit ex gravi II. Mac. ix. 1
ſuperbia deductus, ad agnitio- 11
nem ſui venire, divinâ admoni-
tus plagâ, per momenta ſingula
doloribus ſuis augmenta capien-
tibus. * Cùm nec ipſe jam fœ- 12
torem ſuum ferre poſſet, ita ait :
Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo,
& mortalem non paria Deo ſen-
tire ; * orabat autem hic ſceleſtus 13
Dominum, à quo non eſſet mi-
ſericordiam conſecuturus.

in Herode. * Herodes veſtitus veſte regia, Act. xii. 21
ſedit pro tribunali, & concio-
nabatur ; * Populus autem ac- 22
clamabat : Dei voces, & non
hominis.* Confeſtim autem per- 23
cuſſit eum Angelus Domini, eò
quòd non dediſſet honorem
Deo : & conſumptus à vermi-
bus, expiravit.

Væ coronæ ſuperbiæ. Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ.

Hebr. xi. 32 * Et quid adhuc dicam ?
Amos. iii. 8 * Quis non timebit ?
Isai. xxiii. 9 * Dominus exercituum cogitavit hoc ut, detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret omnes in-
v. 21 clytos terræ. * Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram
Amos. vi. 1 vobisinetipsis prudentes; * væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ : optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israël.

Hinc arguitur justa causa, quam superbi omnes habent timédi similis exitûs :

I. Reg. ii. 3 * Nolite multiplicare loqui
4 sublimia, gloriantes. * Arcus fortium superatus est, & infirmi
Luc. i. 51 accincti sunt robore. * Dispersit superbos mente cordis sui;
52 * deposuit potentes de sede, &
53 exaltavit humiles; * esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes.

Job. xi. 11 * Ipse enim novit hominum vanitatem, & videns iniquita-
16 tem, nônne considerat? * Apud ipsum est fortitudo & sapientia.
17 * Adducit consiliarios in stultum finem, & Judices in stuporem;
18 * balteum regum dissolvit, & præcingit fune renes eorum;

cùm & ipsi testes sint talium pœnarum multis aliis à Deo sæpe inflictarum,

* ducit sacerdotes inglorios, & 19
optimates supplantat: * com- 20
mutans labia veracium, & do-
ctrinam senum auferens. * Ef- 21
fundit despectionem super Prin-
cipes, eos, qui oppressi fuerant
relevans; * revelat profunda de 22
tenebris, & producit in lucem
umbram mortis; * multiplicat 23
gentes, & perdit eas, & sub-
versas in integrum restituit;
* immutat cor Principum po- 24
puli terræ: & decipit eos, ut
frustra incedant per invium.
* Palpabunt quasi in tenebris, 25
& non in luce, & errare eos
faciet quasi ebrios.

* Ecce omnia hæc vidit ocu- XIII. 1
lus meus, & audivit auris mea,
& intellexi singula.

Væ coronæ superbiæ. Pedibus
conculcabitur corona superbiæ:
* quia dies Domini exercituum Isai. II. 12
super omnem superbum, & ex-
celsum, & super omnem arro-
gantem, & humiliabitur; * & 13
super omnes cedros Libani su-
blimes & erectas, & super om-
nes quercus Basan, * & su- 14
per omnes montes excelsos, &
super omnes colles elevatos, * & 15

donec tota superbia pereat æternùm in die magna Domini;

ſuper omnem turrim excelſam,
& ſuper omnem murum muni-
16 tum, * & ſuper omnes naves
Tharſis, & ſuper omne quod
17 viſu pulchrum eſt; * & incur-
vabitur ſublimitas hominum, &
humiliabitur altitudo virorum,
& elevabitur Dominus ſolus in
die illa.

Pſ. xx. 14 * Exaltare Domine in virtute
Eccli. xxxvi. 10 tua, * feſtina tempus: * ſuper-
Pſ. LXXIII. 23 bia eorum qui te oderunt, aſcen-
3 dit ſemper. * Leva manus tuas
Eccli. xxxvi. 2 in ſuperbias eorum, **ut cognoſ-*
cant, quia non eſt Deus niſi tu,
3 & enarrent magnalia tua, * ut
5 videant potentiam tuam, * ut
cognoſcant te, ſicut & nos co-
12 gnovimus; * contere caput prin-
cipum inimicorum, dicentium:
Non eſt alius præter nos, *ut*
cognoſcant, quia non eſt Deus
Job. xl. 6 *niſi tu*; * diſperge ſuperbos in
furore tuo: & reſpiciens, om-
7 nem arrogantem humilia; * reſ-
pice cunctos ſuperbos, & con-
funde eos, & contere impios
Pſ. LXXXII. 17 in loco ſuo; * imple facies eo-
rum ignominiâ: & quærent no-
18 men tuum, Domine. * Erubeſ-
19 cant, & conturbentur, * & co-

ut autem deſtruatur ante hanc diem deſiderat anima humilis ad gloriam Dei & ſalutem horum peccatorum,

gnoſcant quia nomen tibi *Dominus* : tu ſolus altiſſimus in omni terra.

* Viri ſuperbi, * ſubditi ergo Jer. XLIII. 2
Jac. IV. 7
eſtote Deo : * humiliamini in 10
conſpectu Domini : * humilia- I. Pet. V. 6
mini ſub potenti manu Dei ;
* juſtum eſt ſubditum eſſe Deo. II. Mac. IX. 12

II. PUNCTUM.

Humilitatis exaltatio.

Quantus quantus eſt Deus, ab humilitate honoratur & ab ea ſola poteſt honorari.

* *Benedicite ſancti & humi-* Dan. III. 87
les corde Domino, * quo- Pſ. XLVI. 3
niam Dominus excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnem terram ; * quoniam magna po- Eccli. III. 21
tentia Dei ſolius, *& ab humilibus honoratur.* * Nolite timere Luc. XII. 32
puſillus grex : * exaltate illum Eccli. XLIII. 33
quantùm poteſtis ; major eſt enim omni laude, *& ab humilibus honoratur.* * Laudate pueri Pſ. CXII. 1
Dominum, * linguas infantium Sap. X. 21
fecit diſertas. * Domine Domi- Pſ. VIII. 2
nus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra ! * Ex ore infantium & la- 3
ctentium perfeciſti laudem pro-

Judith. IX. 16 pter inimicos tuos, * nec super-
bi ab initio placuerunt tibi : sed
humilium & mansuetorum sem-
per tibi placuit deprecatio.

Benedicite sancti & humiles In ea Deus
Ps. CXII. 5 *corde Domino*, * qui in altis sibi compla-
6 habitat, * & humilia respicit in cuit imprimis.
7 cælo & in terra ; * suscitans à
terra inopem, & de stercore eri-
8 gens pauperem : * ut collocet
eum cum principibus, cum prin-
9 cipibus populi sui ; * qui habi-
tare facit sterilem in domo, ma-
Isai. LVII. 15 trem filiorum lætantem. * In
sancto habitans, & cum contri-
to & humili spiritu : ut vivificet
spiritum humilium, & vivificet
Jac. IV. 6 cor contritorum. * Deus super-
bis resistit, humilibus autem dat
gratiam.

Isai. LXVI. 2 * Dicit Dominus : Ad quem
respiciam, nisi ad pauperculum,
lum, & contritum spiritu, &
I. Cor. I. 26 trementem sermones meos? * Vi-
dete enim vocationem vestram,
fratres, quia non multi sapien-
tes secundùm carnem, non mul-
ti potentes, non multi nobiles ;
27 * sed quæ stulta sunt mundi elegit
Deus, ut confundat sapientes ;
& infirma mundi elegit Deus,

ut confundat fortia ; * & igno- 28
bilia mundi , & contemptibilia
elegit Deus, & ea quæ non ſunt,
ut ea quæ ſunt deſtrueret : * ut 29
non glorietur omnis caro in
conſpectu ejus. * Ex ipſo autem 30
vos eſtis in Chriſto Jeſu , qui fa-
ctus eſt nobis ſapientia à Deo ,
& juſtitia , & ſanctificatio , &
redemptio : * ut quemadmodum 31
ſcriptum eſt : Qui gloriatur , in
Domino glorietur.

adeo ut ipſe Dei filius eam dilexerit elegeritque , ut ſuis cohoneſtaretur exinanitionibus:

Benedicite ſancti & humiles
corde Domino : * quia *reſpexit* Luc. I. 48
humilitatem , * & omnium Do- Sap. 8. 3
minus dilexit illam ; * inclina- Pſ. XVII. 10
vit cælos & deſcendit;* Verbum Joan. I. 14
caro factum eſt ; * Homo , ho- Pſ. LXXXVI. 5
mo natus eſt ; * ſemetipſum exi- Philip. II. 7
nanivit formam ſervi accipiens:
* humiliavit ſemetipſum factus 8
obediens uſque ad mortem, mor-
tem autem crucis. *Reſpexit hu-*
militatem , * & in tantum dile- Gen. XXIV. 67
xit eam.

illi debeat ſuæ humanitatis gloriam :

* Propter quod & Deus exal- Philip. II. 9
tavit illum , & donavit illi no-
men quod eſt ſuper omne no-
men : * ut in nomine Jeſu om- 10
ne genu flectatur , cæleſtium ,
terreſtrium, & infernorum ; * & 11

omnis lingua confiteatur, quia *Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.*

Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris; *Dominus* eandemque habuerit quasi regulam spei quæ habetur de æterna gloria.
Zach. IX. 9 Matth. XXI. 5 *Jesus Christus*, * pauper,* man-
XI. 29 suetus, * humilis corde. * Au-
Ps. XXXIII. 3 diant mansueti, & lætentur;
Ps. LXVIII. 33 * videant pauperes, & lætentur.

III. Reg. XXI. 29 * *Quia igitur humiliatus est:*
Judith. VIII. 16 * humiliemus illi animas no-
II. Tim. II. 12 stras, * & conregnabimus.

Quia igitur humiliatus est:
Ps. XXXIII. 19. * humiles spiritu salvabit.

Quia igitur humiliatus est:
Judith. VIII. 17 * de nostra humilitate gloriemur.

Quia igitur humiliatus est:
Matth. V. 3 * beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælo-
4 rum; * beati mites, quoniam
Luc. XII. 32 ipsi possidebunt terram. * Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.

Prov. XXIX. 23 * Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritu susci-
XI. 2 piet gloria. * Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem est humilitas, ibi & sa-

pientia ; * quia omnis qui se Luc. xiv. 11
exaltat, humiliabitur ; & qui se
humiliat, exaltabitur.

HUJUS CANTICI CONCLUSIO.

Devovet se anima humilis gloriæ Dei cum hominibus qui verè sunt humiles spiritu.

BEnedicite sancti & humiles
corde Domino ; * magnifica- Ps. xxxiii. 4
te Dominum mecum, & exal-
temus nomen ejus in idipsum.
* Nos stulti propter Christum, I. Cor. iv. 10
nos infirmi, nos ignobiles,
* tamquam purgamenta hujus 13
mundi facti ; * nam & tales Joan. iv. 23
quærit, qui adorent eum.

* Regi sæculorum immortali, I. Tim. I. 17
invisibili, soli Deo honor &
gloria.

* *Non nobis Domine, non no-* Ps. cxiii. 1
bis, sed nomini tuo da gloriam, 9
* *super misericordia tua & ve-* 10
ritate tua.


Non nobis Domine da glo-
riam ; * nos enim quid sumus ? Exod. xvi. 8
* Nos mortales sumus, * pulvis Act. xiv. 14 Ps. cii. 14
sumus, * servi inutiles sumus. Luc. xvii. 10
Sed nomini tuo da gloriam: * quia Ps. lxxxii. 19
nomen tibi *Dominus* : tu solus
altissimus in omni terra. * Quo- Ps. lxxxv. 10
niam magnus es tu, & faciens

mirabilia : tu es Deus ſolus ,
II. Mac. I. 24 * omnium creator , terribilis ,
& fortis , juſtus , & miſericors,
25 qui ſolus es bonus Rex , * ſolus
præſtans , ſolus juſtus , & omnipotens , & æternus.

Nomini tuo da gloriam ſuper miſericordia tua & veritate tua.

Dan. IX. 7 * Tibi , Domine , juſtitia :
nobis autem confuſio faciei ;
8 * Domine nobis confuſio fa-
9 ciei : * tibi autem Domino Deo
noſtro miſericordia; *Nomini tuo da gloriam* ,

Ioſ. VII. 9 * Magno nomini tuo ,
I. Par. XVI. 35 * Nomini ſancto tuo ,
Philip. II. 9 *Nomini tuo* ,* quod eſt ſuper omne nomen :
Dan. III. 52 * Et benedictum nomen gloriæ tuæ ſanctum , & laudabile , & ſuperexaltatum in omnibus ſæculis.





TRES MEDITATIONES DE POENITENTIA.

Christus, qui nostra in se transtulerat peccata, pœnitentiæ exemplum nobis exhibuit in horto Olivarum, sui intimis animi doloribus expressum.



* IBAT secundùm Luc. XXII. 39
consuetudinem in
montem Oliva-
rum : secuti sunt
autem illum &
discipuli. * Et cùm pervenisset 40
ad locum, * avulsus est ab eis 41
quantum jactus est lapidis : * & Marc. XIV. 33
cœpit pavere, & tædere, * con- Math. XXVI. 37
tristari, & mœstus esse. * Tunc 38
ait illis : Tristis est anima mea
usque ad mortem : sustinete hîc,
& vigilate mecum. * Et pro- 39
gressus pusillùm, procidit in fa-
ciem suam, orans & dicens :
Pater mi, si possibile est, tran-
seat à me calix iste : verumtamen
non sicut ego volo, sed sicut

Sunt autem hi dolores, tædium ex peccati pudore, tristitia peccati, ejusdemque pœnarum timor.

Luc. xxii. 43 tu; * & factus in agonia, proli-
44 xiùs orabat. * Et factus est ſu-
dor ejus ſicut guttæ ſanguinis
decurrentis in terram.



I. MEDITATIO.

Primus effectus peccati.
Pudor peccati.

I. PUNCTUM.

Querela Jeſu apud Deum
Patrem ſuum.

Jeſus ingemens ſub pondere peccatorum noſtrorum, quæ ſibi imputaverat, animi ſui cõfuſionem exponit Deo Patri ſuo.

xxii. 42 * PAter, * torrentes iniqui-
Pſ. xvii. 5 tatis conturbaverunt me:
cxviii. 61 * Funes peccatorum circumplexi
69 ſunt me: * multiplicata eſt ſu-
per me iniquitas ſuperborum:
cxxviii. 3 * ſupra dorſum meum fabrica-
verunt peccatores.
lxviii. 6 * Deus tu ſcis inſipientiam
Numer. xv. 26 meam:* culpa eſt omnis populi.
Pſ. lxviii. 6 * Delicta mea à te non ſunt ab-
Pſ. lviii. 5 ſcondita. * Neque iniquitas mea
neque peccatum meum Domi-
ne: ſine iniquitate cucurri &
xxi. 7 direxi. * Ego ſum vermis, &
non homo: opprobrium ho-

minum, & abjectio plebis.
* Salvum me fac Deus, *trans- Ps. LXVIII. 1 Luc. XXII. 42
fer calicem istum à me. * In- Ps. LXVIII. 2
traverunt aquæ usque ad ani-
mam meam; * infixus sum in 3
limo profundi: & non est sub-
stantia. * Tædet animam meam Job. x. 1
vitæ meæ: * quare posuisti me VII. 20
contrarium tibi? * Ita Pater: Matth. XI. 26
quoniam sic fuit placitum ante
te.

eumdemque rogat, ut ea vertatur in omnium salutem, nemini autem in scandalum,

* Non erubescant in me qui Ps. LXVIII. 7
expectant te, Domine, Domi-
ne virtutum; non confundan-
tur super me qui quærunt te,
Deus Israël. * Quoniam pro- 8
pter te sustinui opprobrium:
operuit confusio faciem meam;
* quoniam zelus domus tuæ 10
comedit me: & opprobria ex-
probrantium tibi, ceciderunt su-
per me. * Tu scis improperium 20
meum, & confusionem meam,
& reverentiam meam; * in con- 21
spectu tuo sunt omnes qui tri-
bulant me, * omnes peccatores Ps. CXVIII. 119
terræ. * Sanctifica eos in veri- Joan. XVII. 17
tate. * Pro eis ego sanctifico me 19
ipsum: ut sint & ipsi sanctifi-
cati in veritate.

HOMINIS CONSIDERATIO ſuper his querelis.

Iſai. xxxiv. 1 * ACcedite gentes, populi
Matth. xiii. 51 attendite. * Intellexiſtis
I. Joan. iii. 5 hæc omnia? Scitis quia ille ap-
paruit ut peccata noſtra tolle-
ret: & peccatum in eo non eſt?
I. Pet. ii. 24 * Peccata noſtra ipſe pertulit in
Joan. i. 29 corpore ſuo ſuper lignum. * Ec-
ce agnus Dei, ecce qui tollit
Iſai. liii. 6 peccatum mundi. * Omnes nos
quaſi oves erravimus, unuſquiſ-
que in viam ſuam declinavit:
& poſuit Dominus in eo iniqui-
II. Cor. v. 21 tatem omnium noſtrûm. * Eum
qui non noverat peccatum, pro
nobis peccatum fecit, ut nos ef-
ficeremur juſtitia Dei in ipſo.

Gal. iii. 13 * Chriſtus nos redemit de ma-
ledicto legis, factus pro nobis
Iſai. liii. 4 maledictum. * Verè languores
noſtros ipſe tulit, & dolores
5 noſtros ipſe portavit. * Attritus
eſt propter ſcelera noſtra: diſci-
plina pacis noſtræ ſuper eum,
Thren. iv. 20 & livore ejus ſanati ſumus. * Spi-
ritus oris noſtri Chriſtus Domi-
nus captus eſt in peccatis noſtris,
qui diximus: In umbra tua vi-
vemus.

Attonito ſimul & grato animo expendit pudorem, ac fructum tranſlationis hujus noſtrorum peccatorum in Jeſum Chriſtum.

*Tu autem fili hominis, audi. Ezech. II. 8
* Gratiam fidejuſſoris ne obli- Eccli. XXIX. 20
viſcaris; dedit enim pro te ani-
mam ſuam. * Repromiſſorem 21
fugit peccator & immundus,
* & ingratus ſenſu delinquet li- 22
berantem ſe.

II. PUNCTUM.

Querela Jeſu apud homines.

Meritiſſimò debet homo cum Jeſu ſuorum peccatorum ſubire confuſionem.

* O Vos omnes, qui tranſitis Thren. I. 12
per viam, attendite, &
videte ſi eſt dolor ſicut dolor
meus. * Quid feci? Quæ eſt ini- I. Reg. XX. 1
quitas mea, & quod peccatum
meum?

* Quis eſt in vobis qui audiat Iſai. XLII. 23
hoc? attendat.

* Servire me feciſti in pecca- XLIII. 24
tis tuis: præbuiſti mihi labo-
rem in iniquitatibus tuis. * Tu Pſ. LXVIII. 20
ſcis improperium meum, &
confuſionem meam; * ergo & Ezech. XVI. 52
tu porta confuſionem tuam.
* Frons mulieris meretricis facta Jer. III. 3
eſt tibi: noluiſti erubeſcere;
* ergo & tu confundere, & Ezech. XVI. 52
porta ignominiam tuam. * Eſt Eccli. IV. 25

confuſio adducens gloriam & gratiam.

CONSIDERATIO HOMINIS ſuper his querelis.

I. Eſd. IX. 6 * DEus meus, confundor:
Pſ. XLIII. 16 * confuſio faciei meæ
17 cooperuit me * à voce exprobrantis.
I. Reg. XXII. 22
I. Par. XXI. 17 * Ego ſum reus, * ego qui
I. Reg. XV. 25 peccavi: * *ſed porta, quæſo,*
Thren. I. 22 *peccatum meum,* * omnes ini-
Pſ. XXIV. 7 quitates meas, * ignorantias meas.

Confuſionem hanc perſentit homo, Jeſumque orat, ut ejus in ſe recipiendo peccata velit illum à morte æterna eripere.

Jonæ. I. 12 * Propter me tempeſtas hæc grandis venit: *ſed porta, quæ-*
Matth. VIII. 25 *ſo, peccatum meum;* * Domine, ſalva nos, perimus.

Porta, quæſo, peccatum meum:
Gen. XXX. 1 * alioquin moriar;
Philip. II. 8 *Porta peccatum meum,* * uſque ad mortem, mortem autem crucis: *alioquin moriar.*

Thren. V. 16 * Væ nobis, quia peccavimus;
Dan. IX. 8 * Domine, nobis confuſio fa-
9 ciei: * tibi autem Domino Deo noſtro miſericordia & propitiatio.

Pſ. XXX. 2 * In te Domine ſperavi, non confundar in æternum.



II. MEDITATIO.

Secundus effectus peccati. Triſtitia peccati.

I. Punctum.

Occupatio cordis Jeſu in hoc triſtitiæ ſtatu.

Cùm noſtra in ſe recepiſſet Jeſus peccata, expiat illa actibus perfectiſſimæ contritionis.

* *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* * Deus Deus meus reſpice in me : quare me dereliquiſti ? longè à ſalute mea verba delictorum meorum. Matth. xxvi. 38 Pſ. xxi. 2

* Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Pſ. cxviii. 53

* *Tabeſcere me fecit zelus meus : quia obliti ſunt verba tua inimici mei.* 139

Inimici mei !

* Sunt fratres mei, * amici mei. Matth. xii. 48 Joan. xv. 14

Tabeſcere me fecit zelus meus : * quia dereliquerunt pactum tuum. Derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, ut auferant eam. * Pater dimitte III. Reg. xix. 14 Luc. xxiii. 34

illis ; non enim ſciunt quid fa-
ciunt.
Triſtis eſt anima mea uſque ad
Pſ. LXXXIII. 10 *mortem :* * reſpice in faciem
Pſ. L. 19 Chriſti tui ; * *cor contritum &*
humiliatum, Deus, non deſpicies.
Pſ. LXXXVIII. 48 * Memorare quæ mea ſubſtan-
51 tia ; * memor eſto, Domine,
opprobrii ſervorum tuorum ;
quod continui in ſinu meo ; *cor*
contritum & humiliatum, Deus,
Thren. I. 12 *non deſpicies* ; * cor meum mœ-
III. Reg. VIII. 39 rens, * cor omnium filiorum
Iſai. I. 5 hominum, * & omne cor mœ-
rens *non deſpicies.*
Joel. II. 17 * Parce Domine, parce po-
Exod. XXXII. 12 pulo tuo : * quieſcat ira tua, &
eſto placabilis ſuper nequitia
Dan. IX. 24 populi tui. * Conſummetur præ-
varicatio, & finem accipiat pec-
catum, & deleatur iniquitas ;
& adducatur juſtitia ſempiterna.
Joan. XVII. 1 * Pater, venit hora, clarifica
filium tuum, ut filius tuus cla-
2 rificet te. * Sicut dediſti ei po-
teſtatem omnis carnis, ut om-
ne, quod dediſti ei, det eis vi-
11 tam æternam. * Pater ſancte,
17 19 * ſanctifica eos in veritate. * Pro
eis ego ſanctifico me ipſum :
ut ſint & ipſi ſanctificati in ve-

ritate. * Notum feci eis nomen 26
tuum, & notum faciam: ut di-
lectio, quâ dilexiſti me, in ip-
ſis ſit, & ego in ipſis.

II. PUNCTUM.

Effluentia triſtitiæ ex corde Jeſu, in cor hominis.

Colloquium utriuſque.

Jeſus.

Jeſus exprobrat homini duritiem cordis, eundemque amanter hortatur ut veniat in partem ſui doloris.

* *O Vos omnes qui tranſitis* Thren. I. 12
per viam, attendite, &
videte ſi eſt dolor ſicut dolor
meus.
* *Triſtis eſt anima mea uſque* Marc. XIV. 34
ad mortem. * Suſtinui qui ſimul Pſ. LXVIII. 21
contriſtaretur, & non fuit: &
qui conſolaretur, & non inveni.
* Nolite flere ſuper me, ſed ſu- Luc XXIII 28
per vos flete. * Iratus eſt mihi Deut. III. 26
Dominus propter vos; * ſcindi- Joël. II. 13
te corda veſtra, & convertimini
ad Dominum Deum veſtrum.
Triſtis eſt anima mea uſque ad
mortem. * Væ vobis, qui ride- Luc. VI. 25
tis; * miſeri eſtote, & lugete, Jac. IV. 9
& plorate: riſus veſter in luctum

convertatur , & gaudium in
Jer. v. 21 mœrorem. * Audi popule ſtulte,
qui non habes cor : qui haben-
tes oculos , non videtis : & au-
22 res , & non auditis. * Me ergo
non timebitis , & à facie mea
non dolebitis ?

Homo.

Homo ſanctam hanc triſtitiam poſtulat à Ieſu,

Thr. III. 58 * *Redemptor vitæ meæ* , * cui
II. 13 comparabo te ? vel cui aſſimila-
bo te ? cui exæquabo te , *& con-*
ſolabor te ? magna eſt enim ve-
lut mare contritio tua.

Jer. IX. 1 * Quis dabit capiti meo aquam,
& oculis meis fontem lacrima-
Joan. IV. 15 rum ? *& conſolabor te.* * *Do-*
Iac. III. 11 *mine da mihi hanc aquam,* * dul-
Pſ. XXII. 2 cem & amaram aquam,* aquam
refectionis; *Domine da mihi hanc*
Pſ. LXXIX. 6 *aquam , & conſolabor te.* * Ci-
babis nos pane lacrimarum , &
potum dabis nobis in lacrimis ,
& conſolabor te.

Jeſus.

qui eam promittit poſtulanti.

Thren. III. 19 * Recordare paupertatis , &
tranſgreſſionis meæ , abſynthii,
Pſ. CXLVII. 18 & fellis : *recordare* , * fluent
aquæ.


Exinde homo spiritu compunctionis afflatus & commotus vicissim spondet, hanc à se conservandam fore usque ad mortem.

Homo.

* Memoriâ memor ero, & Thren. III. 20
tabescet in me anima mea.
* ego qui malum feci. I. Par. XXI. 17

Redemptor vitæ meæ, tristis est anima mea usque ad mortem,
* ad destitutionem peccati : * si- Hebr. IX. 26
mili autem pœna servus cum Sap. XVIII. 11
Domino afflictus est, *usque ad mortem.* * Caro ejus dum vivet Iob. XIV. 22
dolebit, & anima illius super
semetipso lugebit. * Recogita- Isai. XXXVIII. 15
bo tibi omnes annos meos in
amaritudine animæ meæ. * In Ier. XIII. 17
abscondito plorabit anima mea,
plorans plorabit, & deducet
oculus meus lacrimam *usque ad mortem.*

Tristis est anima mea usque ad mortem : * utinam * usque Gen. XVII. 18 Phil. II. 8
ad mortem, mortem crucis.



TERTIA



III. MEDITATIO.

Tertius effectus peccati.

Timor pœnarum peccati.

I. Punctum.

Hujus timoris pugna in ipso corde Jesu, cum ejusdem amore erga homines.

Ps. LIV. 2 * EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris *Iesus timore compulsus, rogat enixè patrem suum, ut paratum calicem transferat à se;*
3 deprecationem meam: * inten-
de mihi, & exaudi me. Contri-
status sum in exercitatione mea:
4 & conturbatus sum * à voce ini-
mici, & à tribulatione pecca-
toris: quoniam declinaverunt
5 in me iniquitates. * Cor meum
conturbatum est in me: & for-
mido mortis cecidit super me.
6 * Timor & tremor venerunt su-
per me, & contexerunt me te-
Matth. XXVI. nebræ. * Pater mi, si possibile
39 est, transeat à me calix iste:
verumtamen non sicut ego volo,
sed sicut tu.

postulat iterum : * Deus meus, clamabo per Ps. xxi. 3
diem & non exaudies; & no-
cte, & non ad insipientiam
mihi. * In te speraverunt patres 5
nostri : speraverunt, & liberasti
eos; * ad te clamaverunt, & 6
salvi facti sunt. * Ego autem 7
sum vermis, & non homo : op-
probrium hominum, & abje-
ctio plebis. * Ne discesseris à 12
me : quoniam tribulatio proxi-
ma est : * ad defensionem meam 20
conspice. * Abba Pater, omnia Marc. xiv. 36
tibi possibilia sunt, transfer ca-
licem hunc à me : sed non quod
ego volo, sed quod tu.

etiamque tertio : * Laboravi clamans : Defe- Ps. lxviii. 4
cerunt oculi mei, dum spero in
Deum meum. * Exaudi me Do- 17
mine, quoniam benigna est mi-
sericordia tua : secundùm mul-
titudinem miserationum tuarum
respice in me. * Ne avertas fa- 18
ciem tuam à puero tuo : quoniam
tribulor, velociter exaudi me.
* Pater, si vis, transfer calicem Luc. xxii. 42
istum à me : verumtamen non
mea voluntas, sed tua fiat.

donec timore cedente amori vadem se nat Patri suo ad mortem * Pater mi, si non potest hic Matth. xxvi. 42
calix transire nisi bibam illum,
fiat voluntas tua. * Ita Pater: xi. 26

quoniam ſic fuit placitum ante | pro hominibus ſecundùm arbitrium voluntatis paternæ.
Joan. xi. 50 te. * Quia expedit ut unus moriatur homo pro populo, & non
Joel. ii. 17 tota gens pereat : * parce Domine,
Gen. xxii. 2 ne, parce populo tuo : * tolle filium tuum unigenitum quem
I. Par. xxi. 17 diligis. * Domine Deus meus, vertatur, obſecro, manus tua in me : populus autem tuus non percutiatur.
Joan. x. 15 * Animam meam pono pro ovibus meis.

Hominis consideratio ſuper hoc.

Iſai. lvii. 1 * Juſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo. | Homo tantum amorem demiratur.
II. Mac. xv. 14 * Hic eſt fratrum amator, &
Judic. x. 16 populi Iſraël ; * qui doluit ſu-
Gen. xlv. 15 per miſeriis eorum, * & plora-
Luc. xxii. 44 vit ſuper ſingulos ; * & factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.



II. Punctum.

Amoris triumphus in sudore sanguineo.

Jesu & hominis colloquium.

Jesus aperit hominibus mysterium sudoris sanguinei :

Jesus.

* *O Vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus.* Thren I. 12

Homo.

* Quis est iste qui venit, tinctis vestibus ? Iste formosus in stola sua ? Isai LXIII. 1

Jesus.

* *Ego qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum.* ibid.

Homo.

* Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? 2

Jesus.

qui non ex alia fluxit

* Torcular calcavi solus, & 3

de gentibus non est vir mecum. causa, quàm ex odio peccati simul & ex amore suo erga illos;
Ps. xxi. 15 * Sicut aqua effusus sum : factum
est cor meum tanquam cera li-
quescens in medio ventris mei.
Isai. LXIII. 3 * Aspersus est sanguis super ve-
stimenta mea, & omnia indu-
menta mea inquinavi.
4 * Dies ultionis in corde meo,
annus redemptionis meæ venit.
5 * Circumspexi, & non erat au-
xiliator : quæsivi, & non fuit
qui adjuvaret : salvavit mihi
brachium meum, & indignatio
mea ipsa auxiliata est mihi ;
Eccle. ix. 6 * Amor quoque :
Cant. VIII. 6 * Quia fortis est ut mors di-
Joan. x. 17 lectio. * Ego pono animam
18 meam : * nemo tollit eam à me.

Attendite, & videte.

Ego qui loquor justitiam : eosdem hortatur ad pœnitentiam,
Matth. iv. 17 * *Pœnitentiam agite.*
Ps. LXVIII. 5 * Quæ non rapui, exolvebam.
Iob. xvi. 18 * Hæc passus sum absque ini-
quitate manus meæ, cùm habe-
rem mundas ad Deum preces.
19 * Terra ne operias sanguinem
meum, neque inveniat in te lo-
cum latendi clamor meus.

O vos omnes, qui transitis per
Gen. iv. 10 *viam, attendite.* * Vox sangui-
nis clamat : *Pœnitentiam agite;*

* ſi pœnitentiam non egeritis, Luc. xiii. 5
omnes peribitis.

Attendite : * nondum uſque Hebr. xii. 4
ad ſanguinem reſtitiſtis, adverſùs peccatum repugnantes;

Attendite & videte: * poteſtis Marc. x. 38
bibere calicem, quem ego bibo?

cui ſe devovet homo,

Homo.

39

* Poſſumus, * debemus, * bibemus. Rom. xv. 1 Amos. iv. 1

Jeſus.

* Tranſeat à me calix iſte, * ad Matt. xxvi. 39 Thr. iv. 21
te: * ad te quoque perveniet, inebriaberis. ibid.
* Sume calicem de Ier. xxv. 15
manu mea, & propinabis de illo
cunctis gentibus.

Homo.

* Quid retribuam Domino Pſ. cxv. 12
pro omnibus quæ retribuit mihi,
* pro ſanguine, * pro morte? IV. Reg. ix. 26 Eccli. li. 13
* *Calicem ſalutaris accipiam*, Pſ. cxv.
& nomen Domini invocabo;
calicem * *mœroris & triſtitiæ, mœroris & triſtitiæ ſalutaris.* Ezech. xxiii. 33
* Agam & ego pœnitentiam Ier. xviii. 8
* in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, II Cor. vi. 4
* in laboribus, in vigi- 5

XI. 27 liis, in jejuniis, * in fame & si-
XII. 10 ti, in frigore, * in infirmita-
tibus meis, in contumeliis, in
necessitatibus, in persecutioni-
bus.

Ier. XXV. 17 * Accepi calicem de manu
Matth. XXVI. 41 Domini: * bibam illum; * &
Ps. XXII. 5 calix meus inebrians quàm præ-
clarus est.

excitans seipsum cum aliis peccatoribus ad ejus munia,

Isai. XLVI. 8 * Redite prævaricatores ad
Ps. XCIV. 6 cor; * venite adoremus, pro-
cidamus, *ploremus*.

Ioan. XI. 35 * Lacrimatus est Jesus; *plore-
mus*.

Gen. VI. 6
Iudith. VIII. 14 * Pœnituit eum; * *pœnitea-
II. Cor. IV. 10 mus*, * semper mortificationem
Jesu in corpore nostro circum-
ferentes.

Marc. XIV. 34 * Ait: Tristis est anima mea
I. Pet. I. 6 usque ad mortem; * oportet con-
tristari.

Luc. XXII. 43 * Factus in agonia, prolixiùs
Matth. XXVI. 41 orabat; * vigilate & orate, ut
Luc. XXII. 58 non intretis in tentationem. * O
Eccli. IV. 33 homo, * pro justitia agonizare
pro anima tua, & usque ad mor-
tem certa pro justitia.

Luc. XXII. 44 * Factus est sudor ejus sicut
guttæ sanguinis decurrentis in
Hebr. XII. 4 terram; * nondum usque ad san-
guinem restitistis, adversùs

peccatum repugnantes.

* Apparuit illi angelus con- Luc. XXII. 43
fortans eum, * & noluit con- Matth. II. 18
solari; * consolabitur in nobis. II. Mac. VII. 6

* *Vox sanguinis clamat: Pœ-* Gen. IV. 10
nitentiam agite; * hodie si vo- Ps. XCIV. 8
cem ejus audieritis, nolite ob-
durare corda vestra.

Pœnituit; pœniteamus: * & Luc. XXIII. 41
nos quidem justè, nam digna
factis recipimus: hic verò nihil
mali gessit.

* Non habet necessitatem pro Hebr. VII. 27
suis delictis hostias offerre.* Ipse I. Ioan. II. 2
est propitiatio pro peccatis no-
stris: non pro nostris autem tan-
tùm, sed etiam pro totius mun-
di. * Ipse est directus divinitus Eccli. XLIX. 3
in pœnitentiam gentis; * pœni- XVII. 20
tentibus dedit viam justitiæ, &
confirmavit deficientes sustine-
re, & destinavit illis sortem ve-
ritatis. * Adeamus ergo cum fi- Hebr. IV. 16
ducia, * ita ut confidenter dica- XIII. 6
mus: * Non timebo mala, quo- Ps. XXII. 4
niam tu mecum es.

&totam suam fiduciam reponens in Iesu.

Jesus.

* Sacrificate sacrificium justi- Ps. IV. 6
tiæ, & sperate in Domino: *pro-*
pugnator sum ad salvandum.

Attendite, & videte.

Eccli. XXIV. 40 * Ego effudi flumina : * rupti
Gen. VII. 11
Matth. XXVI. 28 sunt omnes fontes. * Hic est
Isai. XII. 3 sanguis meus : * haurietis aquas
in gaudio de fontibus Salvato-
LV. 1 ris. * Omnes sitientes *venite ad*
Eccli. LI. 32 *aquas.* * Quid adhuc retardatis ?
& quid dicitis in his ? animæ
vestræ sitiunt vehementer.

Isai. LV. 1 *Venite ad aquas,* * properate,
I. 16 * lavamini, mundi estote ; * &
Eccli. LI. 34 suscipiat anima vestra discipli-
nam.





QUINQUE MEDITATIONES DE PASSIONE JESU-CHRISTI.

PRIMA MEDITATIO.

Mundi voluptatem damnant dolores Christi.

I. PUNCTUM.

Jesus patiens condemnat hominem voluptuosum.

Hominis voluptuosi character.



* *VLTI ambulant, quos sæpe dicebam, nunc autem & flens dico inimicos crucis* Philip.III. 18
Christi : * *quorum finis interitus :* 19
quorum Deus venter est : & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

Joan. VIII. 31 * Dicebat Jesus ad eos: Acerbitas dolorum Jesu-Christi.
Thren. I. 12 * *O vos omnes qui transitis*
per viam, attendite, & videte
si est dolor sicut dolor meus.
II. Tim. III. 4 *O vos omnes*, * voluptatum
Luc. VI. 25 amatores, * væ vobis, qui ri-
detis nunc.
Job. XXI. 2 *Attendite*: * audite, quæso,
sermones meos, & agite pœni-
3 tentiam; * sustinete me, & ego
loquar, & post mea, si videbi-
tur, verba ridete.
5 * *Attendite me, & obstupes-*
cite.
Ps. LVIII. 4 * Ceperunt animam meam;
Thr. III. 52 * venatione ceperunt me, quasi
Matth. XXVII. 2 avem; *vinctum adduxerunt, &
XX. 19 tradiderunt * ad illudendum, &
flagellandum, & crucifigen-
Isai. L. 6 dum. * Corpus meum dedi per-
cutientibus, & genas meas vel-
lentibus: faciem meam non
averti ab increpantibus, & con-
Ps. XXXIV. 15 spuentibus in me. * Congrega-
ta sunt super me flagella, &
Ps. XXI. 18 ignoravi;* dinumeraverunt om-
nia ossa mea. *Attendite & videte.*
Isai I. 6 * A planta pedis usque ad verti-
cem non est sanitas.

Voluptatum amatores, atten-
Cant. III. 11 *dite me, & obstupescite*; * vide-

te regem in diademate: * ple- Matth. XXVII. 29
ctentes coronam de spinis, po-
suerunt super caput ejus; * exi- Ioan XIX. 5
vit portans coronam spineam, 17
* bajulans sibi crucem; * factus Isai. IX. 6
est Principatus super humerum
ejus, * & duxerunt eum ut cru- Matth. XXVII. 31
cifigerent. * Ecce rex vester: Joan. XIX. 14
* & non cognovistis. XIV. 9

Oppositio illorum & vitæ voluptariæ aut delicatæ.

Attendite, & videte * spi- Marc. XV. 17
neam coronam. * Regnum meum Ioan XVIII. 36
non est de hoc mundo; * vos de VIII. 23
mundo hoc estis. * Exultate in Ier. XXXI. 7
lætitia: personate, & canite,
& dicite: * Coronemus nos ro- Sap. II. 8
sis antequam marcescant. *Væ
vobis qui ridetis;* * hoc enim Ephes. V. 5
scitote intelligentes, quòd om-
nis fornicator non habet hære-
ditatem in regno Christi & Dei.

Attendite & videte * omne Isai. I. 5
caput languidum, & omne cor
mœrens. * Me ergo non time- Ier. V. 22
bitis, & à facie mea non dole-
bitis? * Fili mi, * usquequò mo- Eccle. XII. 12 Ier. IV. 14
rabuntur in te cogitationes no-
xiæ? * homo delicatus in te, Deut. XXVIII. 54
& luxuriosus valde! * Usquequò Ier. XXXI. 22
deliciis dissolvêris filia vaga?

Attendite, & videte * Regem Joan. XIX. 15
vestrum; * crucifixerunt eum; Marc. XV. 25

Ps. xxi. 18 * foderunt manus meas & pedes
Ps. lxviii. 22 meos; * dederunt in escam meam
fel, & in siti mea potaverunt
Ps. xxi. 19 me aceto; * diviserunt sibi ve-
Amos. vi. 1 stimenta mea. * Væ qui opulen-
4 ti estis, * qui dormitis in lectis
eburneis, & lascivitis in stratis
vestris: qui comeditis agnum
de grege, & vitulos de medio
5 armenti, * qui canitis ad vo-
6 cem psalterii, * bibentes vinum
in phialis, & optimo unguento
delibuti.

Ier. xiii. 25 * Hæc sors tua, parsque men- Iesu crucifixi, oblivio, quam parit vita voluptuosa,
Amos. vi. 7 suræ tuæ, * factio lascivientium;
Isai. v. 12 * *& opus Domini* non respicitis,
I. Par. xxix. 1 * Opus grande,
Eccli. xliii. 2 * Admirabile opus,
Isai. xxxii. 17 * Opus justitiæ,
Exod. xxxiv. 10 * Opus terribile,
I. Reg. x. 19 *Opus Domini*, * qui sal-
Ephes. v. 2 vavit vos, * & tradidit semetip-
sum hostiam Deo.

Amos. vi. 7 *Attendite, & videte.* * Au- & ex ea secutura mors infelicissima.
feretur factio lascivientium.
Eccle. iii. 4 * Tempus flendi, & tempus ri-
dendi; *væ vobis qui ridetis nunc:*
Luc. vi. 25 * quia lugebitis & flebitis. * De-
Prov. i. 25 spexistis omne consilium meum,
Ioan. vi. 55 * meum sanguinem, * mortem
Gen. l. 23 meam; * ego quoque in interitu
Prov. i. 26 vestro ridebo.

II. PUNCTUM.

Condemnat seipsum homo voluptuosus.

* QUid respondebo ? * Confundor & erubesco. Iob. xxxi. 14 / I. Esd. ix. 6

* Ait Urias ad David : Arca Dei & Israël & Juda habitant in papilionibus , & dominus meus Joab , & servi Domini mei super faciem terræ manent : & ego ingrediar domum meam, ut comedam, & bibam , & dormiam cum uxore mea ? *Per salutem tuam , & per salutem animæ tuæ , non faciam rem hanc.* II. Reg. xi. 11

Damnationis hujus rationes.

* Quid dicam ? Iosu. vii. 8

* *Justus perit , justus* , * filius Dei , * Rex meus & Deus meus, * crucifixus Jesus; Isai. lvii. 1 / Marc. xv. 39 / Ps. lxxxiii 4 / Ioan. xix. 20

Justus perit , * in ligno , * vulneratus propter iniquitates nostras : * *ego autem adhuc delicatus , * ego carnalis , * voluptati operam dabo ?* Act. v 30 / Isai. liii. 5 / II. Reg iii. 39 / Rom. vii. 14 / Gen. xviii. 12

* Omnis creatura ingemiscit : *Ego autem adhuc delicatus , ego carnalis, voluptati operam dabo?* Rom. viii. 22

Iac. II. 19 * Dæmones contremiſcunt ;
Iſai. XXXIII. 7 * Angeli pacis amarè flebant ;
Ioan. XIX. 25 * ſtabat juxta crucem Jeſu mater
Ier. IV. 10 ejus, * & pervenit gladius uſ-
que ad animam : *Ego autem adhuc delicatus, ego carnalis, voluptati operam dabo?*

Matth. XXVII. 51 * Velum templi ſciſſum eſt in
duas partes à ſummo uſque
deorſum, terra mota eſt, petræ
52 ſciſſæ ſunt, * & monumenta
Luc. XXIII. 44 aperta ſunt ; * tenebræ factæ
45 ſunt in univerſam terram, * ob-
ſcuratus eſt Sol : *Ego autem adhuc delicatus, ego carnalis, voluptati operam dabo?*

48 * Omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua revertebantur : *Ego autem adhuc delicatus, ego carnalis, voluptati operam dabo?*

Luc. XXIV. 26 * Oportuit pati Chriſtum, &
Matth. XI. 12 ita intrare in gloriam ſuam ; *re-
gnum cælorum vim patitur, &
Gal. V. 24 violenti rapiunt illud ; *qui ſunt
Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis : *Ego autem adhuc delicatus, ego carnalis, voluptati operam dabo?*


Per salutem animæ, non faciam rem hanc.

* *Cogitavi in corde meo* abstra- Eccle. II. 3
here à vino carnem meam, ut
animum meum transferrem ad
sapientiam. * Nescit homo pre- Job. XXVIII 13
tium ejus: nec invenitur in ter-
ra suaviter viventium. * Castigo I. Cor. IX. 27
corpus meum, & in servitutem
redigo, * holocaustum offeram Judic. XI. 31
Domino, * hostiam viventem, Rom XII. 1
sanctam, Deo placentem, * qui Gal. II. 20
dilexit me, & tradidit semet-
ipsum pro me.

Cogitavi, ut animum meum transferrem ad sapientiam,
* Christum crucifixum, Judæis I. Cor. I. 23
quidem scandalum, gentibus
autem stultitiam: * ipsis autem 24
vocatis Judæis, atque Græcis,
Dei virtutem & sapientiam.

Voluptatum amatores, * ab- Rom. XIII. 12
jiciamus ergo opera tenebra-
rum, & induamur arma lucis;
* sicut in die honestè ambule- 13
mus, non in comessationibus
& ebrietatibus, non in cubili-
bus & impudicitiis. * Christo I. Pet. IV. 1
igitur passo in carne, & vos
eadem cogitatione armamini:
quia qui passus est in carne, de-

2 ſiit à peccatis : * ut jam non de-
ſideriis hominum, ſed voluntati
Dei, quod reliquum eſt in carne
3 vivat temporis ; * ſufficit enim
præteritum tempus ad volunta-
tem Gentium conſummandam.



II. MEDITATIO.

De regno Jeſu Chriſti ſpinis coronato & crucifixo.

I. Punctum.

Figura hujus myſterii.

Iudic. IX. 7 * *Audite viri.*

8 * IErunt ligna, ut ungerent
ſuper ſe Regem : dixerunt-
9 que olivæ : *Impera nobis.* * Quæ
reſpondit : *Numquid poſſum de-
ſerere pinguedinem meam*, quâ
& Dei utuntur & homines, &
venire ut inter ligna promo-
10 vear ? * Dixeruntque ligna ad
arborem ficum : *Veni, & ſuper
11 nos regnum accipe.* * Quæ reſ-
pondit eis : *Numquid poſſum
deſerere dulcedinem meam, fru-
ctuſque ſuaviſſimos*, & ire, ut

Quamvis Ioathan filius Gedeonis, & autor hujus fabulæ, nihil haberet in ſe quo ſignificaretur Verbi divini autoritas : tamen Spiritus ſanctus nobis tranſmiſit illam cum ſacris parabolis ad utilitatem noſtram.

inter cetera ligna promovear?
*Locutaque sunt ligna ad vitem : 12
Veni, & impera nobis. * Quæ 13
respondit eis : *Numquid possum
deserere vinum meum* quod læ-
tificat Deum & homines, &
inter ligna cetera promoveri?
* Dixeruntque omnia ligna ad 14
rhamnum : *Veni, & impe-
ra super nos.* * Quæ respondit 15
eis : *Si verè me Regem vobis con-
stituitis, venite, & sub umbra mea
requiescite; si autem non vultis,
egrediatur ignis de rhamno, &
devoret cedros Libani.*

II. Punctum.

Aptatur hæc figura mysterio per colloquium hominis & Jesu.

Homo.

Regnet Iesus super nos, non peccatum, neque caro, neque mundus.

* Constituam super me Regem; (Deut. XVII. 14)
* Non ergo regnet peccatum, (Rom. VI. 12)
* neque caro, * sive mundus. (Act. II. 31; I. Cor. II. 12)
* Vociferantur dicentes : *Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suavissimos?* (Exod. V. 8)

Numquid poſſum deſerere pin-
guedinem meam? Numquid poſ-
Philip. III. 8 *ſum deſerere vinum meum?* * Ve-
rumtamen exiſtimo, omnia de-
trimentum eſſe, ut Chriſtum
lucrifaciam.

Pſ. v. 3 Ioan. XIX. 5 * Rex meus, * Jeſus portans
coronam ſpineam.

Cant. III. 11 * *Egredimini & videte filiæ*
Sion Regem in diademate, quô
coronavit illum mater ſua in die
lætitiæ cordis ejus; videte Re-
Tob. XIII. 6 *gem* * *Salomonem,* * Regem ſæcu- * *Pacificum*
Dan. IV. 34 Pſ. XLIV. 3 lorum, * Regem cæli. * *Specio-*
ſus formâ præ filiis hominum;
Cant. II. 2 *ſpecioſus*, * ſicut lilium inter
I. Reg. XII. 12 ſpinas, * imperabit nobis.

Apoc. XXII. 20 * *Veni, Domine Jeſu: impera*
IV. 11 *nobis.* * Dignus es, Domine
Deus noſter, accipere & glo-
riam & honorem.

Jeſus.

Si verè me Regem vobis con- Felicitas regni Iesu.
ſtituitis, venite, & ſub umbra
Ezech. XXVIII. 24 *mea requieſcite:* * *& non erit ul-*
Matth. XI. 28 *trà ſpina dolorem inferens*; * ve-
nite ad me omnes qui laboratis,
& onerati eſtis, & ego reficiam
29 vos; * tollite jugum meum ſu-
per vos, & invenietis requiem

animabus vestris; * jugum enim 30
meum suave est & onus meum
leve. *Venite, & sub umbra
mea requiescite: & non erit ul-
trà spina dolorem inferens.*

Infelicitas hominum qui nolunt illi sese subjicere.

*Si autem non vultis, egredia-
tur ignis de rhamno, & devoret
cedros Libani.* * Dico vobis, Matth. xxvi.
amodo videbitis filium hominis 64
sedentem à dextris virtutis Dei,
& venientem in nubibus cæli.
* Ignis ante ipsum præcedet, & Psf. xcvi. 3
inflammabit in circuitu inimi-
cos ejus. * Tunc dicet: Disce- Matth. xxv. 41
dite à me *maledicti* in ignem
æternum.

Maledicti, * qui noluerunt, Luc. xix. 27
me regnare super se.

Actus adorationis & consecrationis quo se devovet homo Iesu spinis coronato.

Homo.

Domine Jesu, impera nobis
* cum spinis: * in umbra tua vi- Iudic. viii. 7 Thren. iv. 20
vemus. * Pone me juxta te, & Iob. xvii. 3
cujusvis manus pugnet contra
me; * si Deus pro nobis, quis Rom. viii. 31
contra nos?

Impera nobis: * servi tui su- Iosf. ix. 8
mus.

*Veni, & super nos regnum
accipe:* * dignus es, Domine; Apoc. v. 9
Veni, & impera super nos:

III. Reg. x. 8 Matth vii. 16 * beati servi tui ; * colligunt de spinis uvas.

Sap. iii. 1 *Venite, filiæ Sion*, * justorum animæ ; *venite, & videte Regem Salomonem in diademate;*
Ps. xciv. 6 *venite*, * *adoremus & procidamus : & ploremus ante Domi-*
7 *num qui fecit nos* : * quia ipse est Dominus Deus noster.

Adoremus, & procidamus,
Matth. xxvii. 29 * *dicentes :*

Ave Rex Judæorum ;
Ier. x. 7 *Ave* * Rex gentium ;
II. Mac. vii. 9 *Ave* * Rex mundi ;
Apoc. xvii. 14 *Ave* * Rex Regum ;
xv. 3 *Ave* * Rex sæculorum ;
Esth. xiii. 9 *Ave* * Rex omnipotens ;
Hebr. 7. 2 *Ave* * Rex justitiæ ;
ibid. *Ave* * Rex pacis ;
Ps. lxvii. 13 *Ave* * Rex virtutum ;
Ps. xxiii. 10 *Ave* * Rex gloriæ ;
Ps. xcvi. 7 * Adorate eum omnes angeli ejus.

Venite, filiæ Sion : ploremus ante Dominum qui fecit nos.

Esth. xiii. 15 Ps. cxviii. 120 * *Domine Rex*, * confige timore tuo carnes meas, *confige*
Ps. l. 19 *cum spinis* : * cor contritum & humiliatum, Deus, non despi-
Ps. xxxi. 4 cies, * dum configitur spina.

Tob. xiii. 19 Eccli. xxviii. 28 * Anima mea, * sepi aures tuas

ſpinis, linguam nequam noli audire, * vocem incantantium, & venefici incantantis. Pſ. LVII. 6

Domine Rex, veni, & impera nobis.

Jeſus.

Lex præcipua ejus regni;

Si verè me Regem vobis conſtituitis, * cuſtodite leges meas. Levit. XVIII. 5

* Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Matth. XVI. 24

* Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. X. 38

* Qui non bajulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Luc. XIV. 27

* Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ioan. XIII. 15

Homo.

admiranda legis hujus praxis in omnibus Sanctis.

Domine Jeſu, * beati ſervi tui qui audiunt ſapientiam tuam. III. Reg. X. 8

* Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis; * carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis, * ludibria & verbera experti, inſuper vincula & carceres; * lapidati ſunt, ſecti ſunt, Pſ. CXVII. 12 Gal. V. 24 Hebr. XI. 36 37

tentati ſunt, in occiſione gladii
mortui ſunt; circuierunt in me-
38 lotis, in pellibus caprinis: * qui-
bus dignus non erat mundus; in
ſolitudinibus errantes, in mon-
tibus, & ſpeluncis, & in ca-
Iob. xxx. 7 vernis terræ: * *inter hujuſcemo-*
di lætabantur, & eſſe ſub ſen-
tibus delicias computabant.

2 * Vitâ ipsâ putabantur indi-
3 gni, * egeſtate & fame ſteriles,
qui rodebant in ſolitudine,
ſqualentes calamitate & miſe-
4 riæ; * mandebant herbas, &
arborum cortices, & radix ju-
niperorum erat cibus eorum;
6 * in deſertis habitabant torren-
tium, & in cavernis terræ, vel
7 ſuper glaream. * *Inter hujuſce-*
modi lætabantur, & eſſe ſub ſen-
tibus delicias computabant.

Domine Jeſu, eſſe ſub ſenti-
bus delicias computabant!

Pſ. LXXIX. 10
Ioan. XIX. 5 * Dux itineris fuiſti, * por-
17 tans coronam ſpineam * & ba-
Pſ. LXVII. 25 julans crucem. * Viderunt in-
greſſus tuos Deus, ingreſſus Dei
Philip. II. 8 mei, Regis mei, * uſque ad
mortem, mortem autem crucis.

Iudic. VII. 20
Hebr. XIII. 13 * *Clamaveruntque*: * Exeamus
igitur ad eum, improperium
ejus portantes;

Clamaveruntque : * Eamus & nos, ut moriamur cum eo ; Ioan. xi. 16

Clamaveruntque :* *Ecce quàm bonum , & quàm jucundum* Ps.cxxxii. 1

* *crucem portare post Jesum.* Luc.xxiii. 26

Sincerum desiderium imitandi illos, & vivendi sub regno Christi.

* Huic omnes testimonium perhibent , * testimonium veritatis illius fidele. Act. x. 43 Eccli.xxxi.28

* Ideoque & nos tantam habentes impositam nubem testium , deponentes omne pondus , & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen , Hebr. xii. 1
* aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Jesum , qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem , confusione contempta, atque in dextera Dei sedet. 2

* Dicamus illi : Iob.xxxvii.19

* Nihil melius est , nihil dulcius , quàm respicere in mandatis Domini. Eccli.xxiii.37

* Gloria magna est sequi Dominum. 38

Ecce quàm bonum , & quàm jucundum, crucem portare post Jesum.

Exeamus igitur ad eum , improperium ejus portantes : * prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Ps. lxvii. 20

III.



III. MEDITATIO.

Animæ fidelis occupationes variæ circa hoc myſterium, pro vario meditantium ſtatu.

De morte Jeſu Chriſti.

I. Punctum.

Profeſſio Fidei.

Iſai. LVII. 1 * J*Uſtus perit* : *juſtus* , * Jeſus
Gal. III 1
Apoc. XIX. 16 Chriſtus. * Rex regum &
Matth. XVI. 16 Dominus dominantium,* Filius
Gal. III. 1
Iſai. LIII. 1 Dei vivi *perit* * crucifixus.* Quis
credidit ?
Matth. XXVII. 51 * Velum templi ſciſſum eſt in
duas partes à ſummo uſque
deorſum , terra mota eſt , petræ
52 ſciſſæ ſunt , * monumenta aper-
Luc. XXIII. 44 ta ſunt : * tenebræ factæ ſunt in
45 univerſam terram , * obſcuratus
I. Cor. XV. 3 eſt Sol. * Chriſtus mortuus eſt ,
4 *ſepultus eſt, reſurrexit tertia die
5 ſecundùm Scripturas ; * viſus
eſt Cephæ , & poſt hoc unde-
6 cim : * deinde viſus eſt pluſ-
quàm quingentis fratribus ſi-
7 mul ; * deinde viſus Jacobo ,
deinde Apoſtolis omnibus.
Act. I. 3 * Præbuit ſe ipſum vivum poſt
paſſionem ſuam in multis argu-

Fidei teſtimonia credibilia nimis.

mentis, per dies quadraginta
apparens eis, & loquens de re-
gno Dei; * videntibus illis ele- 9
vatus est, & nubes suscepit
eum ab oculis eorum; * assum- Marc. XVI. 19
ptus est in cælum, & sedet à
dextris Dei. * Illi autem profe- 20
cti prædicaverunt ubique, * di- Act. IV. 19
xerunt: * Quod fuit ab initio, I. Joan. I. 1
quod audivimus, quod vidimus
oculis nostris, quod perspexi-
mus, & manus nostræ contre-
ctaverunt de verbo vitæ, * testa- 2
mur, & annuntiamus vobis.
* Prædicaverunt ubique Domi- Marc. XVI. 20
no cooperante, & sermonem
confirmante sequentibus signis;
* operati sunt justitiam, * juxta Heb. XI. 33
fidem defuncti sunt; * in occi- 13 37
sione mortui sunt, * testimonio 39
fidei probati. * Creditum est in 1 Tim. III. 16
mundo, * in universo mundo, Col. I. 6
* vicerunt regna: * Dominus re- Heb. XI. 33 Ps. XCII. 1
gnavit. * Testimonia tua credi- 5
bilia facta sunt nimis Domine:
Actus Fidei. * Jesus Christus crucifixus, *mor-* Gal. III. 1
tuus est; * credidi. * Verè hic ho- Ps. CXV. 10 Marc. XV. 39
mo Filius Dei erat: * verè lan- Isai. LIII. 4
guores nostros ipse tulit, & do-
lores nostros ipse portavit: * ve- Matth. XXVII. 54
rè filius Dei erat iste; * Credo. Joan. IX. 38

Gal. II. 20 * In fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum
Dan. XIV. 24 pro me. * Dominum Deum
I. Cor. II. 2 meum adoro * Jeſum Chriſtum,
Act. XX. 19 & hunc crucifixum, * ſerviens Domino cum omni humilitate;
Dan. VI. 26 * ipſe eſt enim Deus vivens,* in
Col. III. 1 dextera Dei ſedens.

II. PUNCTUM.

Exercitium Pœnitentiæ.

Marc. I. 15 *JUſtus perit:* * pœnitemini, Cùm Jeſu
Act. III. 19 & credite; * pœnitemini, & Chriſti mors
convertimini, ut deleantur pec- verè ſit pœna
cata veſtra. peccatorum noſtrorum:

X. 21 *Juſtus perit:* * quæ cauſa eſt?
Joan. XVIII. 31 * Dixerunt Judæi: Nobis non licet interficere quemquam.
Matth. XXVII. 24 * Pilatus acceptâ aquâ lavit manus coram populo dicens: Innocens ego ſum à ſanguine
Luc. XXIII. 22 juſti hujus; * quid enim mali fecit iſte? nullam cauſam mortis
15 invenio in eo:* ſed neque Herodes: nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei.
Mat. XXVI. 68 *Chriſte, quis eſt qui te percuſ-

ſit?* Venit vox de cælo: * propter Joan. XII. 28
ſcelus populi mei percuſſi eum. Iſai. LIII. 8
* Hæc cauſa eſt : * poſuit Do- Joſue. V. 4
minus in eo iniquitatem om- Iſai. LIII. 6
nium noſtrûm : * vulneratus eſt 5
propter iniquitates noſtras, at-
tritus eſt propter ſcelera noſtra.
* Chriſtus Dominus captus eſt Thren. IV. 20
in peccatis noſtris : * peccata I. Pet. II. 24
noſtra ipſe pertulit in corpore
ſuo ſuper lignum.

quantum percipere debemus dolorem ex peccatis noſtris,

* Peccavimus cùm patribus Pſ. CV. 6
noſtris : * *verè ego peccavi*, Joſ. VII. 20
**Chriſtus mortuus eſt pro peccatis* I. Cor. XV. 3
noſtris : * omnis mali cauſa eſt. Sap. XIV. 27
* *Peccavi :* * ego interfeci II. Reg. I. 16
Chriſtum Domini ; *pœnitet me.* I. Mach. II. 10
Iuſtus perit : * ego ſum reus, I. Reg. XXII. 22
* reus corporis & ſanguinis I. Cor. XI. 27
Domini : *pœnitet me.*

Chriſtus mortuus eſt pro pecca-
tis noſtris ; * delicta quis intelli- Pſ. XVIII. 13
git ?

Chriſtus mortuus eſt pro pecca-
tis noſtris ; * in hoc ipſo pœni- Judit. VIII. 14
teamus, * *quoniam mortuus eſt* I. Cor. XV. 3
pro peccatis noſtris.

& timorem ex judiciis divinæ juſtitiæ?

Iuſtus perit propter iniquitates
noſtras : Iuſtus * quem propoſuit Rom. III. 25
Deus propitiationem per fidem
in ſanguine ipſius *ad oſtenſio-*

25 *nem justitiæ suæ, * in sustentatione Dei. Ad ostensionem justitiæ suæ, in sustentatione Dei!*

Jac. v. 10 Ezech. VIII. 17 * Exemplum accipite : * leve
IV. Reg. III. hoc. * Cùm vidisset Rex Moab
26 27 prævaluisse hostes, * arripiens
filium suum primogenitum, qui
regnaturus erat pro eo, obtulit
holocaustum super murum : &
facta est indignatio magna in
Israël, statimque recesserunt ab
eo.

Joan. III. 16 Rom. VIII. 32 * Sic Deus * proprio filio suo non pepercit, sed tradidit illum *ad ostensionem justitiæ suæ*
Ps. XLIX. 22 *in sustentatione Dei.* * Intelligite hæc, qui obliviscimini
Ps. IV. 5 Deum : * irascimini & nolite peccare, compungimini.

Jer. X. 7 * Quis non timebit te, ô Rex
Ps. V. 5 gentium? * Astabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens ini-
Luc. XXIII. 31 quitatem tu es. * Si in viridi ligno
Heb. X. 31 hæc, in arido quid fiet? * horrendum est incidere in manus
Rom. VIII. 32 Dei viventis, * qui etiam proprio
Heb. IV. 1 filio suo non pepercit. * Timea-
II. Par. XXVIII. 13 mus ergo; * ne peccemus Do-
Jer. XXVI. 19 mino. * Nos facimus malum grande contra animas nostras.

III. Punctum.

Varii characteres amoris.

Indignatio adversùs eos qui vix, aut nullo modo agnoscunt amorem Christi in seipsos.

* J*Ustus perit, & non est qui* Isai. LVII. 1
recogitet in corde suo; perit,
* *quia ipse voluit; voluit* * pro- LIII. 7
pter nimiam charitatem suam Ephes. II. 4
quâ dilexit nos; dilexit nos: &
non est qui recogitet in corde suo;
dilexit nos: * quis credidit? Isai. LIII. 1
* O insensati, quis vos fasci- Gal. III. 1
navit non obedire veritati, ante
quorum oculos, Jesus Christus
præscriptus est, in vobis cruci-
fixus? * *Majorem hac dilectio-* Joan. XV. 13
nem nemo habet, ut animam
suam ponat quis pro amicis suis;
* in hoc cognovimus charita- I. Joan. III. 16
tem Dei, quoniam ille animam
suam pro nobis posuit.
* Commendat autem charita- Rom. V. 8
tem suam in nobis: quoniam
cùm adhuc peccatores essemus,
* pro nobis mortuus est, * justus 9 I. Pet. III. 18
pro injustis, * pro transgressori- Isai. LIII. 12
bus, * pro impiis. Rom. V. 6
O insensati, * ingrati, sce- II. Tim. III. 2
lesti, * sine affectione, * & vo- 3 4

luptatum amatores magis quàm
Thr. I. 12 Dei, * *attendite, & videte: majorem hac dilectionem nemo*
I. Par. XXIX. 25 *habet*, * nullus habuit, * &
I. Mac. X. 35 nemo habebit.

Attendite, & videte.

Mat. XXVII. 37 * *Hic est Iesus Rex*: * expe- — Admiratio charitatis qua impulsus Jesus mortuus est pro hominibus.
Joan. XI. 50 dit vobis ut moriatur pro populo, & non tota gens pereat;
II. Mac. XV. 14 * hic est fratrum amator, * qui
Judic. X. 16 doluit super miseriis eorum.

Joan. X. 11 *Hic est* * bonus pastor, animam suam dat pro ovibus suis:
10 * ut vitam habeant, & abundantius habeant;

Heb. II. 17 *Hic est*, * misericors, & fidelis Pontifex, ut repropitiaret
IX. 12 delicta populi: * per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa;

Mat. XXIII. 10 *Hic est*, * Magister vester:
II. Reg. XXIII. 8 * sedens in cathedra sapientissimus,
Heb. V. 9 * factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.

Joan. I. 29 * Ecce Agnus Dei: ecce qui
Isai. LIII. 6 tollit peccatum mundi. * Omnes nos quasi oves erravimus, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrûm;

* posuit eum in altare, * ut im- Gen. XXII. 9
molaret filium suum : * immo- 10 I. Cor. V. 7
latus est : *hic est* * *peccatorum* Matth. XI. 19
amicus ; * venit in hunc mun- I. Tim. I. 15
dum peccatores salvos facere ,
* & tradidit semetipsum * pro Ephes. V. 2
peccatoribus derelinquentibus Ps. CXVIII. 53
legem.

* Hic est Deus noster , * qui Baruc. III. 36 Heb. XII. 3
talem sustinuit à peccatoribus
adversùm semetipsum contradi-
ctionem.

Hic est Iesus , * qui proposito Heb. XII. 2
sibi gaudio sustinuit crucem con-
fusione contempta.

*Majorem hac dilectionem ne-
mo habet.*

*Attendite & videte : * ecce* Joan. XI. 35
quomodo amabat : * Exuerunt Mat. XXVII. 31
eum : * crucifixerunt : * fode- 35 Ps. XXI. 17
runt manus, & pedes: * dinume- 18
raverunt omnia ossa:* diviserunt 19
sibi vestimenta , & super vestem
miserunt sortem.

Ecce quomodo amabat , *por- Joan. XIX. 5
tans coronam spineam , * vul- Isa. LIII. 5
neratus , * plagatus , * attritus , Zach XIII. 6
cùm sceleratis reputatus. *Videte:* Isai. LIII. 5
* non est species ei neque decor : 12
* à planta pedis usque ad verti- I. 6
cem non est in eo sanitas ; *vi-*

LIII. 3 *dete* * despectum , & noviſſi-
mum virorum, virum dolorum;
4 * quaſi leproſum & percuſſum
à Deo , & humiliatum.
Marc.XV. 29 *Ecce quomodo amabat* :* Præ-
tereuntes blaſphemabant eum ;
31 * ſimiliter , & ſummi Sacer-
dotes illudentes cum ſcribis di-
cebant : Alios ſalvos fecit , ſe-
ipſum non poteſt ſalvum facere ;
Pſ. LXVIII. 22 * dederunt in eſcam fel, & in
Luc.XXIII. 34 ſiti potaverunt aceto : * Jeſus
autem dicebat : Pater , dimitte
illis ; non enim ſciunt quid
faciunt ; *ecce quomodo ama-*
Pſ.XXXVII. 15 *bat* , * non habens in ore ſuo re-
Heb. V. 7 dargutiones , * preces ſupplica-
tioneſque cum clamore valido
& lacrimis offerens.
Joan.XIX. 30 * *Ecce quomodo amabat* :* cùm
accepiſſet acetum, dixit : Con-
ſummatum eſt. *Ecce quomodo*
XIII. 1 *amabat* : * cùm dilexiſſet ſuos ,
in finem dilexit eos ; in finem ,
Jer. XXXI. 3 * in charitate perpetua ; *in finem*
Philip II. 8 * uſque ad mortem , mortem au-
tem crucis.
Marc. XV. 37 * Jeſus emiſſa voce magna ,
Joan. XIX. 30 * & inclinato capite tradidit
ſpiritum ; *ecce quomodo amabat* :
Cant. VIII. 6 * fortis eſt ut mors dilectio.

* Unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis & aqua ; *ecce quomodo amabat* : * teſtimonium dant aqua & ſanguis. * Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem, Jeſus Chriſtus : non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine : * ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem.

Joan. XIX. 34
I. Joan. V. 8
I. Joan. V. 6
Tit. II. 14

Adhortatio ad redamandum Jeſum Chriſtum.

* Et nunc quid Dominus Deus petit à te, niſi ut diligas eum ? *Ecce quomodo amabat*, * quis credidit ? * Quis eſt homo qui diligit ? *Ecce quomodo amabat*, * benignus ſuper ingratos, & malos.

Deut. X. 12
Iſai. LIII. 1
Pſ. XXXIII. 13
Luc. VI. 35

* *Nos ergo diligamus Deum*, * eò quòd dilexerit;

I. Joan. IV. 19
III. Reg. X. 9

Diligamus, * *quoniam prior dilexit nos*;

I. Joan. IV. 19

Diligamus, * quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit.

III. 16

* Peccatores diligentes ſe diligunt; *nos ergo diligamus Deum, quoniam prior dilexit nos.*

Luc. VI. 32

* Si quis eſt Domini, jungatur mihi : *diligamus*, *diligamus*, *diligamus*. * Diligite Dominum

Exod. XXXII. 26
Pſ. XXX. 24

Eccli. II. 10 omnes Sancti ejus. *Qui timetis
Ps. CII. 1 Dominum, diligite illum. * A-
Eccli. VII. 32 nima mea, * in omni virtute
Prov. V. 19 tua dilige eum; * in amore ejus
delectare jugiter.
Ezec. XVI. 8 *Iustus perit :* * ecce tempus
tuum, tempus amantium;
II. Cor. VI. 2 * Ecce nunc tempus accepta-
bile :
Eccle. III. 4 * Tempus flendi, tempus
plangendi :
8 * Tempus dilectionis, tem-
pus pacis.

*Diligamus, diligamus, dili-
gamus.*

Ephes. VI. 24 * Gratia cum omnibus qui di-
ligunt Dominum nostrum Je-
sum Christum in incorruptione,
amen.
I. Cor. XVI. 22 * ***Si quis non amat Dominum
nostrum Jesum Christum, sit
anathema.*** Prophetica imprecatio in eos omnes, qui non amant illum.
Ps. CVIII. 6 * Diabolus stet à dextris ejus;
7 * Cùm judicatur exeat con-
demnatus, & oratio ejus fiat in
peccatum.
8 * Fiant dies ejus pauci : &
episcopatum ejus accipiat alter.
* Fiant filii ejus orphani, &
uxor ejus vidua.
10 * Nutantes transferantur fi-

lii ejus, & mendicent: & ejiciantur de habitationibus ſuis.
* Scrutetur fœnerator omnem 11
ſubſtantiam ejus, & diripiant
alieni labores ejus.
* Non ſit illi adjutor, nec ſit 12
qui miſereatur pupillis ejus.
* Fiant nati ejus in interitum: 13
in generatione una deleatur nomen ejus.
* In memoriam redeat iniqui- 14
tas patrum ejus in conſpectu
Domini, & peccatum matris
ejus non deleatur.

Effuſio cordis in varios actus amoris.

Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit anathema. * Dilexit maledictionem 18
& veniet ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
* *Hoc opus eorum, qui* *dilexe- 20 Joan. III. 19
runt magis tenebras quàm lucem, * gloriam hominum ma- XII. 43
gis quàm gloriam Dei;
Hoc opus eorum qui * non Apoc. XII. 11
dilexerunt animas ſuas: * & fa- Oſee. IX. 10
cti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt.

Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit anathema.

* Væ mihi eſt, * *Domine* I.Cor. IX. 16 Sap. XI. 27

I. Cor. XIII. 1 *qui amas animas*, * si chari-
Ps. CXXXVI. 5 tatem non habuero, * si oblitus
6 fuero tui, * si non meminero
tui; si non proposuero in prin-
I. Cor. II. 2 cipio lætitiæ meæ, * scire Jesum
Christum, & hunc crucifixum.
Ps. LXXVI. 11
XVII. 2 * Dixi: * *Diligam te Domine.*


Domine qui amas animas,
II. Cor. XIII. 11
Prov. XXXI. 2 * Deus dilectionis, * dilecte vo-
torum meorum, *diligam te*,
Joan. XVII. 24
Exod. XXI. 5 * quia me dllexisti.* Diligo Do-
Gal. II. 20 minum meum, * qui dilexit
me, & tradidit semetipsum pro
me.

Joan. XXI. 15 * Domine, amo te;
16 * Domine, amo te;
17 * Domine, amo te.

Luc. X. 27 *Diligam te Domine*, * ex
toto corde, & ex tota anima,
& ex omnibus viribus, & ex
omni mente.

Mat. XXVI. 35 *Diligam te Domine*, * etiamsi
oportuerit me mori tecum.

Diligam te Domine, dili-
II. Reg. XVIII. *gam*; * quis mihi tribuat, ut ego
33 moriar pro te?



IV. PUNCTUM.

Lamentationes animæ.

Lugeat anima Fidelis mortem Christi,

* JEſus clamans voce magna Mat.xxvii.50
emiſit ſpiritum : * Jeſus ex- Luc.xxiii.46
piravit : *Jeſus inclinato capite Joan.xix. 30
tradidit ſpiritum.
* *Quis dabit capiti meo aquam:* Jer. ix. 1
& oculis meis fontem lachrima-
rum? & plorabo die ac nocte.
Jeſus expiravit , * Dominus Joan. xx. 28
meus , * Rex meus , * protector Pſ. v. 3
Pſ. xxxix. 18
meus , * Salvator meus , * dile- Iſ.xxiv. 5
ctus meus , * lux mea , * ſpes Cant. i. 12
Mich.vii. 8
mea , * vita mea. Pſ. xxi. 10

quam tota luxit natura.

* Obſtupeſcite cæli ſuper Thren.iii. 53
Jer. ii. 12
hoc , & portæ ejus deſolamini
vehementer ; * deſolati ſunt, Nahum. i. 5
* deſolatæ ſunt. * Factus eſt Jer. xxx. 10
I Mac. i. 26
planctus magnus ; * tenebræ Luc.xxiii. 44
factæ ſunt in univerſam terram,
* obſcuratus eſt ſol , * velum 45
Mat. xxvii. 51
templi ſciſſum eſt , terra mota
eſt , petræ ſciſſæ ſunt.
* O vos omnes qui tranſitis Thr.i. 12
per viam , attendite & videte :
Jeſus expiravit.
* Scriptum eſt : * plangent Mat. iv. 6
Zach.xii. 10

eum planctu quaſi ſuper unige-
nitum, & dolebunt ſuper eum,
ut doleri ſolet in morte primo-
Pſ. xciv. 6 geniti, * venite adoremus, &
procidamus, *& ploremus ante*
7 *Dominum* qui fecit nos : * quia
ipſe eſt Dominus Deus no-
ſter, & nos populus paſcuæ
ejus.

Ploremus, ploremus, plore- Lugeat anima pœnitens
mus.

I. Cor. xv. 3 *Ploremus :* * *quoniam mortuus*
Judith. viii. 14 *eſt pro peccatis noſtris.* * In hoc
ipſo pœniteamus, & indulgen-
tiam ejus fuſis lacrimis poſtule-
Rom. xiv. 9 mus. * Chriſtus mortuus eſt :
Matth. v. 5 * beati qui lugent ; * plangite
Joel. i. 13 Sacerdotes, ululate miniſtri al-
taris, cubate in ſacco miniſtri
Dei mei : *quoniam Chriſtus mor-*
tuus eſt pro peccatis noſtris.
14 * Sanctificate jejunium, vocate
cœtum, congregate omnes ha-
bitatores terræ in domum Dei
veſtri, & clamate ad Domi-
ii. 17 num : * parce Domine, parce
populo tuo.

10 *Chriſtus mortuus eſt :* * à facie
ejus contremuit terra, moti ſunt
cæli, ſol & luna obtenebrati
ſunt, & ſtellæ retraxerunt,

ſplendorem ſuum ; * nunc ergo 12
convertimini in toto corde ve-
ſtro, in jejunio, & in fletu, &
in planctu. * Scindite corda ve- 31 3
ſtra, & convertimini ad Domi-
ſtum Deum veſtrum : * congre- 16
gate populum, ſanctificate Ec-
cleſiam, coadunate ſenes, con-
gregate parvulos : egrediatur
ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa
de thalamo ſuo.

* Vocate lamentatrices, & ve- Jer. IX. 17
niant : ad eas, quæ ſapientes
ſunt, mittite, & properent ;
* feſtinent & aſſumant ſuper nos 18
lamentum : deducant oculi no-
ſtri lacrimas, & palpebræ no-
ſtræ defluant aquis : * quia vox 19
lamentationis audita eſt de Sion :
* *Jeſus emiſſa voce magna ex-* Marc. XV. 37
piravit. * Audite ergo mulieres Jer IX. 20
verbum Domini : * *Jeſus dixit :* Luc. XXIII. 28
Super vos flete, & ſuper filios
veſtros. * Aſſumant aures veſtræ Jer. IX. 20
ſermonem oris ejus, & docete
filias veſtras lamentum, & una-
quæque proximam ſuam plan-
ctum : *quoniam Chriſtus mortuus
eſt pro peccatis noſtris.*

Lugeat anima amatrix Christi.

Ploremus, ploremus, ploremus.
Ploremus : * ecce tempus Ezech. XVI. 8

Eccle. III. 4 amantium, * tempus flendi.
Luc. XXIII. 27 * Sequebatur illum multa turba populi, & mulierum, *quæ plangebant & lamentabantur*
Joan. XIX. 25 eum; * stabant juxta crucem Jesu, mater ejus, soror matris ejus, Maria Magdalene,
XXI. 7 * discipulus ille quem diligebat Jesus: *& lamentabantur eum*;
Luc. XXII. 62 * Petrus flevit amarè. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum? & plo-*
Hebr. IV. 14 *rabo die ac nocte; & plorabo* * Je-
Act. II. 22 sum filium Dei, * Jesum, virum approbatum virtutibus & prodi-
Hebr. XII. 2 giis & signis, * autorem fidei,
XIII. 20 & consummatorem Jesum, * pastorem magnum ovium.

Plorabo die, plorabo nocte.
Marc. V. 7 * Jesu fili Dei Altissimi, * exi-
Ps. CXVIII. 136 tus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Jer. XIII. 17 * Plorabit anima mea, plorans plorabit, & deducet ocu-
Thr. I. 16 lus meus lacrimam: * quia longè
III. 18 factus est à me consolator, * periit finis meus & spes mea,
53 * lapsa est in lacum vita mea,
V. 15 * defecit gaudium cordis nostri.
III. 58 * Domine redemptor vitæ

meæ,* dilecte votorum meorum: Prov. xxxi. 2.
* doleo super te, decore nimis, II. Reg. I. 26
& amabilis. Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam, * *& diligam & diligam.* Joan. xiv. 21

Ploremus, ploremus, ploremus.
Plorabo & diligam.
Diligam & plorabo.

V. Punctum.

Occupatio spei.

Fundamentum simul ac felicitas spei Christianæ.

Rom. 5. 1
* JUstificati ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum: * per quem & habemus 2
accessum, per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum
Dei. * Non solùm autem, sed 3
& gloriamur in tribulationibus: scientes quòd tribulatio patientiam operatur, * patientia autem 4
probationem, probatio verò
spem, * spes autem non con- 5
fundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est

6 nobis. * Ut quid enim Christus,
cùm adhuc infirmi essemus, se-
cundùm tempus pro impiis mor-
8 tuus est? * Commendat autem
charitatem suam Deus in nobis:
quoniam cùm adhuc peccato-
res essemus, secundùm tempus,
9 * Christus pro nobis mortuus
est; multo igitur magis nunc
justificati in sanguine ipsius sal-
10 vi erimus ab ira per ipsum; * si
enim cùm inimici essemus, re-
conciliati sumus Deo per mor-
tem filii ejus: multo magis re-
conciliati, salvi erimus in vita
ipsius.

VIII. 31 * Quid ergo dicemus ad hæc?
Si Deus pro nobis, quis contra
32 nos? * qui etiam proprio filio
suo non pepercit, sed pro nobis
omnibus tradidit illum: quo-
modo non etiam cum illo om-
33 nia nobis donavit? * Quis accu-
sabit adversùs electos Dei? Deus
34 qui justificat. * Quis est qui con-
demnet? Christus Jesus, qui
mortuus est, immo qui & re-
surrexit, qui etiam interpellat
pro nobis.

Thr. III. 21 * Hæc recolens in corde meo,
ideo sperabo.

VI. Punctum.

Praxis multiplex pietatis erga Jesum è cruce pendentem.

Christianus Jesum crucifixum offerat Deo Patri gratè ac confidenter:

* Dicit Pilatus : *Quid faciam de Jesu, qui dicitur Christus?* Mat. XXVII. 22

* *Et ego dicam :* XXI. 24

Quid faciam de Jesu, * qui crucifixus est ? XXVIII. 5

* Eum holocaustum offeram Judic. XI. 31
Domino * Deo Patri, *& di-* Col. I. 3
cam * gratias agens : * *Pater* Act. XXVIII. 15 II. Cor. I. 3
misericordiarum, * quia fecisti Gen. XXII. 16
hanc rem & non pepercisti filio
tuo unigenito propter me, * be- 17
nedicam tibi; * confitebor tibi Ps. LXXXV. 12
Domine Deus in toto corde
meo, & glorificabo nomen
tuum in æternum; * misericor- Ps. C. 1
diam, & judicium cantabo tibi
Domine. *Pater misericordia-*
rum, * *respice in faciem Christi* Ps. LXXXIII. 10
tui, & * dimitte universa delicta Ps. XXIV. 18
mea;

Respice in faciem Christi tui,
* & non intres in judicio cum Ps. CXLII. 2
servo tuo.

Quid faciam de Jesu?

Pſ. cxxxvii. 2 Act. x. 25 * Adorabo * procidens ad pe- adoret animo ejus gloriæ ſtudioſo:
Pſ. xcvi. 7 des ejus, *& dicam :* * Adorate
Pſ. lxv. 4 eum omnes angeli ejus; * omnis terra adoret te, & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini
Apoc. iv. 11 tuo. * Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem : quia tu
v. 9 creaſti omnia; * dignus es Domine: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſangui-
12 ne tuo. * Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

Quid faciam de Jesu?

Pſ. lxxxiii. 10 * Reſpice in faciem Chriſti, habeat ſemper oculis ſuis præſentem:
Deut. vi. 7 * ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, at-
xxviii. 66 que conſurgens. * Erit vita tua
Exod. xiii. 9 quaſi pendens ante te; * erit quaſi monumentum ante oculos
Pſ. cxxii. 2 tuos. * Sicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum, ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: *ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum* donec miſereatur noſtri: *ita oculi*
Hebr. xii. 2 *noſtri* * aſpicientes in autorem fi-

dei, & conſummatorem Jeſum.

* *Ad Dominum aſpiciam, &* Mich. vii. 7
dicam: * Dulce lumen, & de- Eccle. xi. 7
lectabile eſt oculis videre ſolem.
* Dominus lux mea eſt, * ſol Mich. vii. 8 Malac. iv. 2
juſtitiæ, * ſol illuminans per Eccli. xlii. 16
omnia, * dans ſanitatem, & vi- xxxiv. 20
tam, & benedictionem: * ſol xliii. 2
in exitu vas admirabile, *forna- 3
cem cuſtodiens in operibus ar-
doris, * radios igneos exſuf- 4
flans, & refulgens radiis ſuis:
* & in conſpectu ardoris ejus 5
quis poterit ſuſtinere?

* Cæci intuemini ad viden- Iſai. xlii. 18
dum; * ſedentes in tenebris * *ac-* Pſ. cvi. 10
cedite ad eum, & illuminamini; Pſ. xxxiii. 6
accedite, *calefacimini; *accedite,* Jac. ii. 16
* concipietis ardorem. Iſai. xxxiii. 11

Ad Dominum aſpiciam, & dicam: Dulce lumen!

* Lumen oculorum meorum! Pſ. xxxvii. 11

* Lumen ſapientiæ! * lumen Sap. vi. 23 Joan. viii. 12
vitæ!

* Juſtitiæ lumen! * lumen Sap. v. 6 Job. xii. 3
cæli!

* Admirabile lumen! * inex- I. Petr. ii. 9 Sap. vii. 10
tinguibile lumen!

Ad Dominum aſpiciam, & dicam: Delectabile eſt oculis videre Solem.

Quid faciam de Jesu?

Luc. VII. 37 * Mulier, quæ erat in civitate veneretur
38 peccatrix, * stans retro secus osculatione
pedes ejus, lacrimis cœpit ri- pedum ejus
gare pedes ejus, & osculabatur & manuum,
pedes ejus. lacrimarumque effusione.

x. 37 * Tu fac similiter.

Quid faciam de Jesu?

Marc. V. 7 * Jesu Fili Dei, * *ponam te quasi* fronti, ori,
Agg. II. 24 *signaculum* * in fronte; * non cordi, bra-
Apoc. XVII. 5 enim erubesco Evangelium. chio applicet
Rom. I. 16 quasi signaculum:

Eccli. XXII. 33 *Ponam te* * super labia mea
signaculum certum, ut non lin-
Ps. L. 17 gua mea perdat me. * Domine
labia mea aperies, & os meum
annuntiabit laudem tuam.


Cant. VIII. 6 *Ponam te* * ut signaculum su-
Ps. XII. 6 per cor; * exultabit cor meum
Isai. IX. 5 in salutari tuo: * mirabitur &
dilatabitur.

Cant. VIII. 6 *Ponam te* * ut signaculum su-
Ps. XXVI. 3 per brachium; * si exurgat ad-
versùm me prælium, in hoc ego
sperabo.

Quid faciam de Jesu?

Ps. XXI. 3 * *Deus meus clamabo per diem,* obsecret fer-
Ps. CXVIII. 132 *& nocte:* * *Aspice in me* & mi- venter, ut ve-
Luc. XX. 39 serere mei. * Magister bene di- tus homo cru-
Ioan. XII. 32 xisti: * si exaltatus fuero à terra, cifigatur in
omnia traham ad me ipsum: se.
Ps. CXVIII. 49 * memor esto verbi tui servo

tuo, in quo mihi ſpem dediſti:
* *Trahe me poſt te*; *trahe me* Cant. I. 3
* uſque ad mortem crucis. Phil. II. 8
Aſpice in me; * ecce homo, Joan. XIX. 5
* homo peccator, *vetus homo: Luc. V. 8
* crucifigatur, crucifigatur, Rom. VI. 6 Mat XXVII. 23
Clamabo per diem & nocte: *Aſpice*: * crucifige, crucifige Luc. XXIII. 22
eum.
Clamabo, clamabo; * & cùm III Reg. VIII. 30
exaudieris, *clamabo*: * Chriſto Gal. II. 19
confixus ſum cruci.



IV. MEDITATIO.

De poteſtate Jeſu crucifixi adversùs hoſtes noſtræ ſalutis.

I. PUNCTUM.

Figura hujus poteſtatis.

Origo & virtus ſerpentis ænei.

* MIſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, Num. XXI. 16
ad quorum plagas & mortes plurimorum, * venerunt ad Moy- 7
ſen, atque dixerunt: *Peccavimus*, quia locuti ſumus contra Dominum & te: *ora ut tollat à nobis ſerpentes*. Oravitque Moyſes

8 Moyſes pro populo ; * & locu-
tus eſt Dominus ad eum : Fac
ſerpentem æneum , & pone eum
pro ſigno : *qui percuſſus aſpe-*
9 *xerit eum , vivet.* * Fecit ergo
Moyſes ſerpentem æneum , &
poſuit eum pro ſigno : quem
cùm percuſſi aſpicerent , ſana-
bantur.

Sap. xv. 1 * Tu autem Deus noſter , ſua-
vis & verus es , patiens , & in
miſericordia diſponens omnia.
xvi. 5 * Cùm illis ſupervenit ſæva be-
ſtiarum ira , morſibus perverſo-
rum colubrorum exterminaban-
6 tur : * ſed non in perpetuum ira
tua permanſit , ſed ad correptio-
nem in brevi turbati ſunt , *ſi-*
gnum habentes ſalutis ad com-
memorationem mandati legis
7 tuæ.**Qui enim converſus eſt , non*
per hoc quod videbat, ſanabatur,
ſed per te omnium ſalvatorem.
8 * In hoc autem oſtendiſti * ini-
micis noſtris , quia tu es , qui
9 liberas ab omni malo. * Illos
enim locuſtarum & muſcarum
occiderunt morſus , & non eſt
inventa ſanitas animæ illorum :
10 * Filios autem tuos nec draco-
num venenatorum vicerunt den-

Conſiderationes SAPIENTIS ſuper hoc prodigio tam ſtupendo.

* *Ægyptiis.*

tes; miſericordia enim tua ad-
veniens ſanabat illos. * In me- 11
moria enim ſermonum tuorum
examinabantur , & velociter
ſalvabantur , ne in altam inci-
dentes oblivionem , non poſ-
ſent tuo uti adjutorio. * Etenim 12
neque herba , neque malagma
ſanavit eos , *ſed tuus , Domine,*
ſermo , qui ſanat omnia ; * tu 13
es enim , Domine , qui vitæ &
mortis habes poteſtatem , & de-
ducis ad portas mortis , & re-
ducis.

II. PUNCTUM.

Hanc ſibi figuram aptat Jeſus Chriſtus.

* *SIcut Moyſes exaltavit ſer-* Joan. III. 14
pentem in deſerto ; *ita exal-*
tari oportet filium hominis. * *Ut* 15
omnis qui credit in eum , non
pereat , ſed habeat vitam æter-
nam. * Dedi vobis poteſtatem Luc. X. 19
calcandi ſupra ſerpentes , &
ſuper omnem virtutem inimici :
& nihil vobis nocebit. * Dele- Iſai. XI. 8
ctabitur infans ab ubere ſuper

Imbecilliores homines hauriunt fortitudinem ex cruce Jeſu Chriſti.

foramine aspidis : & in caverna
reguli, qui ablactatus fuerit,
II. Par. xx. 15 manum suam mittet. * Nolite
Isai. xi. 9 timere : * *non nocebunt, & non
occident in universo monte sancto
meo.*

III. Punctum.

Praxis hujus applicationis.

Eccli. xxi. 2 * Quasi à facie colubri *fuge*
3 peccata. * Dentes ejus,
interficientes animas hominum.
Joan. xix. 25 *Fuge* * *juxta crucem Jesu*, * *si-*
Sap. xvi. 6 *gnum salutis.* * Pereuntibus qui-
I. Cor. i. 18 dem stultitia est : iis autem qui
salvi fiunt, id est nobis, *Dei
virtus est ; Dei virtus est* * ad-
Ephes. vi. 11 versùs insidias diaboli, * adversùs
12 carnem & sanguinem, adversùs
potestates, adversùs mundi re-
ctores tenebrarum harum, con-
tra spiritualia nequitiæ.
Eccle. x. 11 * *Si mordeat serpens, fuge
juxta crucem Jesu : qui percus-
sus aspexerit eum, vivet.*

Fuge juxta crucem Jesu signum
Ps. xc. 13 *salutis :* * super aspidem & ba-
silifcum ambulabis, & concul-

cabis leonem & draconem.

Fuge * in Calvariæ locum: Joan. xix. 17
non nocebunt , & non occident in universo monte sancto. * Res- Ps. lxxxiii. 10
pice in faciem Christi : *qui percussus aspexerit eum , vivet.*

Ora ut tollat serpentes.

IV. Punctum.

Oratio ad Jesum Christum crucifixum , in statu tentationis & peccati.

* D*Omine, qui dixisti :* * *Si-* Gen. xxxii. 9
cut Moyses exaltavit serpentem in deserto , ita exaltari oportet filium hominis ; ut omnis qui credit in eum non pereat , sed habeat vitam æternam. Domine , qui conversus est , non per hoc quod videbat , sanabatur , sed per te omnium salvatorem.

Domine , * memor esto ver- Ps. cxviii. 49
bi tui servo tuo , in quo mihi spem dedisti.

* Circumdederunt me dolo- Ps. cxiv. 3
res mortis , & pericula inferni
invenerunt me ; * quomodo si Amos. v. 19
fugiat vir à facie leonis , & occurrat ei ursus : & ingrediatur

domum, & innitatur manu ſua
ſuper parietem, & mordeat eum
Pſ. cxiv. 4 coluber. * *O Domine libera ani-*
mam meam.

Apoc. xii. 3 * Ecce draco magnus, * Do-
Tob. vi. 3
Luc. xi. 24 mine, invadit me: * immundus
26 ſpiritus, * & aſſumit ſeptem
alios ſpiritus ſecum, nequiores
ſe,

Lev. xxvi 19 * Superbiam, * avaritiam,
Exod. xviii. 21
Judæ. 4 * luxuriam,

Philip. i. 15 * Invidiam, * crapulam,
Eccli. xxxvii. 34
Col. iii. 8 * iram, * languorem.

Oſee. v. 13
Pſ. xxi. 20 * Tu autem Domine ne elon-
giveris auxilium tuum à me:
ad defenſionem meam conſpice.
Pſ. xxiv. 1 * Ad te Domine, levavi ani-
2 mam meam: * Deus meus in te
15 confido: * oculi mei ſemper ad
Pſ. cxxii. 2 Dominum, * donec miſereatur
Pſ. cxlii. 9 noſtri. * Eripe me de inimicis
meis Domine, ad te confugi.
Pſ. xxi. 3 *Clamabo per diem & nocte:
O Domine libera animam meam.

Iſai. xxxviii 14 * Domine, vim patior, reſ-
Pſ. cxlii. 7 ponde pro me; * velociter exau-
di me: defecit ſpiritus meus:
Pſ. cxviii. 81 * defecit in ſalutare tuum anima
82 mea: * defecerunt oculi mei in
eloquium tuum, dicentes: Quan-
do conſolaberis me?

* Deus in adjutorium meum Pf. lxix. 2
intende : Domine ad adjuvan-
dum me festina. * Confundan- 3
tur & revereantur qui quærunt
animam meam. * Adjutor meus 6
& liberator meus es tu : Domi-
ne,ne moreris. *O Domine,libera
animam meam.*

* Serpens decepit me , * sal- Gen. iii. 13
vum fac servum tuum , Deus Pf. lxxxv. 2
meus , sperantem in te. * Vul- Eccli. xxvii 22
nerata est anima ejus : * sana me Jer. xvii. 14
Domine , & sanabor ; * respi- Pf. xxiv. 16
ce in me, & miserere mei ; * sa- Pf. xl. 5
na animam meam , quia pecca-
vi tibi.

* Dic animæ meæ : Salus tua Pf. xxxiv. 3
ego sum.

V. Punctum.

Vox interior Jesu crucifixi ad animam.


* Confide , * ego protector Matth. ix. 2
tuus sum. * Qui credi- Gen. xv. 1 Marc. xvi. 16
derit , & baptizatus fuerit ,
salvus erit. * Signa autem eos , 17
qui crediderint , hæc sequentur :
In nomine meo dæmonia eji-

18 cient, * serpentes tollent.

Exod. xv. 26 *Confide*; * ego enim Domi-

Jer. xxx. 17 nus sanator tuus, * & à vulne-

ribus tuis sanabo te.



V. MEDITATIO.

Canticum laudis ad gloriam crucis Jesu Christi.

Canticum istud instar est elogii quod Ecclesia Cruci concinit in suis precibus.

I. Punctum.

Vox animæ.

Prima imitatio horum verborum Ecclesiæ: *Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis, sylva talem nulla profert fronde, flore, germine.* In Hymno ad Laudes tempore Passionis.

Dan. iv. 7 * Ecce arbor in medio terræ,

I. Cor. i. 17 Sap. xiv. 7 * *crux Christi* * *benedictum*

Dan. iv. 8 *lignum*, * magna arbor & for-

tis, & proceritas ejus contin-

gens cælum: aspectus illius us-

que ad terminos universæ terræ:

9 * folia ejus pulcherrima, &

fructus ejus nimius: & esca uni-

versorum in ea.

Ecce arbor in medio terræ, crux Christi.

Ezech. xxxi. 2 * *Cui similis?*

8 * Cedri non fuerunt altio-

res in paradiso Dei, abietes

non adæquaverunt summitatem

ejus, & platani non fuerunt

æquæ frondibus illius : omne li-
gnum paradiſi Dei non eſt aſſi-
milatum illi , & pulchritudini
ejus ; * æmulata ſunt omnia li- 9
gna voluptatis , quæ erant in
paradiſo Dei : * quia Dominus Pſ. xcv. 10
regnavit [a] *à ligno.*
Cui ſimilis ? * Reſpondebit. Hab. II. 11

a *Judæi arguuntur à Sancto Juſtino ſuſtuliſſe & abraſiſſe in ſeptuaginta virorum interpretatione vocem hanc, quæ denotat evidentiſſime crucem Salvatoris. Tertullianus, Sanctus Auguſtinus, & alii plures authores illam uſurpant tamquam ex ſacra Scriptura, & in precibus Eccleſiæ aſcribitur Prophetæ Davidi.*

II. Punctum.

Vox interior crucis ad animam.

* NOlite me conſiderare*ve- Cant. I. 5
lut lignum aridum in Eccli. VI. 3
eremo. * Quaſi cedrus exaltata XXIV. 17
ſum in Libano , & quaſi cypreſ-
ſus in monte Sion : * quaſi myr- 20
rha electa dedi ſuavitatem odo-
ris ; *ego quaſi terebinthus ex- 22
tendi ramos meos , & rami mei
honoris & gratiæ ; * ego quaſi 23
vitis fructificavi ; * ego mater 24
pulchræ dilectionis , & timo-

ris, & agnitionis, & ſanctæ
25 ſpei; * in me gratia omnis viæ,
in me omnis ſpes vitæ & virtu-
26 tis. * Tranſite ad me omnes qui
concupiſcitis me, & à genera-
tionibus meis implemini.

III. Punctum.

Vox animæ
quæ invitat omnes homines
ad adorationem Crucis
Jeſu Christi.

Iſai. xxxiv. 1 * ACcedite gentes, & au-
lxii. 12 dite: * populus ſanctus,
redempti à Domino.
Ecce arbor in medio terræ,
Pſ. xciv. 6 *Crux Chriſti*: * venite adore-
mus.
Ecce arbor, Crux Chriſti,
Hebr. ii. 18 *benedictum lignum*, * in quo
paſſus eſt: *venite adoremus.*
Ecce arbor, Crux Chriſti,
Sap xiv. 7 * benedictum lignum, per quod
fit juſtitia: *venite adoremus.*
Ecce arbor, Crux Chriſti, be-
Pſ. lxvii. 17 *nedictum lignum*, * in quo bene-
placitum eſt Deo: *venite adore-*
mus.

Secunda imitatio horum verborum quibus utitur Eccleſia ad Crucis adorationem in die Paraſceves: *Ecce lignum Crucis, in quo ſalus & vita mundi pependit: Venite adoremus.*

Ecce arbor, Crux Christi, be-
nedictum lignum, * in quo ha- Ephes. I. 7
bemus redemptionem per san-
guinem ejus : *venite adoremus.*

Ecce arbor, Crux Christi, be-
nedictum lignum, * in quo ha- III. 12
bemus fiduciam : *venite adore-*
mus.

Ecce arbor, Crux Christi, be-
nedictum lignum,* scutum fidei, VI. 16
in quo possitis omnia tela ne-
quissimi ignea extinguere : *ve-*
nite adoremus.

Ecce arbor, Crux Christi, be-
nedictum lignum, * signum sa- Sap. XVI. 6
lutis,* in quo & credentes signa- Ephes. I. 13
ti estis : *venite adoremus.*

Ecce arbor, Crux Christi, be-
nedictum lignum, * in quo exul- I. Pet. I. 6
tabitis, modicùm nunc si opor-
tet contristari in variis tentatio-
nibus : *venite adoremus.*

IV. PUNCTUM.

Vox interior crucis ad animam.

* QUi me invenerit, inve- Prov. VIII. 35
niet vitam, & hauriet sa-
lutem à Domino : * qui autem 36

in me peccaverit, lædet animam ſuam; omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.

Eccli. XXIV. 9 * In omni terra ſteti, * in om-
10
11 ni gente primatum habui, * omnium excellentium & humilium
16 corda virtute calcavi, * & in plenitudine ſanctorum detentio mea.

Job. XXXIII. 7 * *Verumtamen miraculum meum*
Eccli. XXIV. 11 *non te terreat.* * Creator omnium requievit in tabernaculo meo.
Pſ. CXVII. 16 * Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit vir-
Ezech. XVII. 22 tutem. * Hæc dicit Dominus:
24
II. Reg. XVIII, * Exaltavi lignum humile, * &
18 hoc erit monimentum nominis mei.

Verumtamen miraculum meum
Eccle. XXIV. 27 *non te terreat:* * ſpiritus meus
XXXVIII. 5 dulcis. * Nonne à ligno indul-
Cant. VIII. 6 cata eſt aqua [a] amara. * Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium
Job. XXII. 26 tuum: * tunc deliciis afflues.

a *Iſtud contigit quando Moyſes miſit lignum ſibi à Domino indicatum in aquas amaras,* quæ in dulcedinem verſæ ſunt. *Exod.* XV. 25.

V. Punctum.

Vox animæ ad crucem.

Tertia imitatio horum verborum Ecclesiæ : *O Crux ave spes unica hoc Passionis tempore, auge piis justitiam, reisque dona veniam.* In Hymno Vexilla Regis, &c.

CRux, * contemptibile lignum, * lignum humile! Sap. x. 4 Ezech. xvii. 24
Crux Christi, * forte lignum Isai. xl. 20
& imputribile, * lignum suavi- Baruc. v. 8
tatis, * lignum vitæ his, qui ap- Prov. iii. 18
prehenderint eam : & qui tenuerit eam, beatus!

Crux Christi, * spes orbis ter- Sap. xiv. 6
rarum, * cuncta salus mea, & II. Reg. xxiii. 5
omnis voluntas! * Mihi ab- Gal. vi. 14
sit gloriari nisi in cruce Jesu
Christi; * nec est quidquam ex II. Reg. xxiii. 5
ea quod non germinet.

Crux Christi, *spes orbis ter-*
rarum, * electa ut sol! * illumi- Cant. vi. 9 Luc. i. 79
nare his qui in tenebris, & in
umbra mortis sedent; * aperi IV. Reg. vi. 20
oculos istorum, * ut convertan- Act. xxvi. 18
tur à tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter Sanctos per fidem.

* Adauge nobis fidem, * ju- Luc. xvii. 5 I. Tim. vi. 11
stitiam, pietatem, fidem, cha-

ritatem, patientiam, mansue-
Ephes. iv. 15 tudinem: * ut crescamus in illo
per omnia, qui est caput Chri-
stus.

Cant. iv. 1 *Crux Christi*, * quàm pul-
vi. 3 chra es amica mea! * pulchra es
amica mea, suavis & decora.
ii. 3 * Sub umbra illius, quem desi-
deraveram, sedi: & fructus
ejus dulcis gutturi meo.

vi. 9 *Crux Christi*, * terribilis ut
Ps. xxvi. 3 castrorum acies ordinata! * si
consistant adversùm me castra,
non timebit cor meum.

Thr. iii. 65 *Crux Christi*, * scutum cor-
dis!

Apoc. xxii. 2 *Crux Christi*, * lignum vitæ,
afferens fructus duodecim, per
menses singulos reddens fru-
Cant. vii. 6 ctum suum: * quàm pulchra es,
& quàm decora in deliciis!
7 * Statura tua assimilata est pal-
8 mæ. * Dixi: Ascendam in pal-
mam, & apprehendam fructus
ejus.

Gal. v. 22 * Fructus est

Charitas, gaudium, pax, pa-
tientia,

Benignitas, bonitas, longa-
23 nimitas, * mansuetudo,

Fides, modestia, continentia,
castitas.

* Et quid adhuc dicam ? Hebr. XI. 32

Crux Chriſti, * *faſciculus myrrhæ mihi;* Cant. I. 12

Faſciculus myrrhæ mihi * ſuper cor: Jerem. III. 16

* Ut odore illius perfruatur. Exod. XXX. 38

* Gaudebit cor meum, Prov. XXIII. 15

* Conſolabitur, II. Mach. VII. 6

* Confortabitur, Iſai. XLII. 13

* Gloriabitur, Eccli. XXX. 2

Faſciculus myrrhæ mihi ſuper cor,

* Sive in morte, ſive in vita. II. Reg. XV. 21






QUINQUE MEDITATIONES DE BONA MORTE.

PRIMA MEDITATIO.

Intuitus bonæ mortis.

I. PUNCTUM.

Primus intuitus respectu præteriti temporis.

Apoc. xiv. 13 * UDIVI *vocem de* — Justis quidem mors est malorum omnium finis;
cælo dicentem mihi:
Beati mortui, qui
in Domino moriun-
tur; amodo *jam*
dicit spiritus, ut requiescant à
xxi. 4 laboribus suis. * Absterget Deus
omnem lacrimam ab oculis eo-

rum, & mors ultrà non erit:
neque luctus, neque dolor erit
ultrà. * Non eſurient, neque ſi- VII. 16
tient amplius, nec cadet ſuper
illos ſol, neque ullus æſtus. * O Eccli. XLI. 3
mors, bonum eſt judicium tuum
homini indigenti, & qui mi-
noratur viribus, * defecto ætate, 4
& cui de omnibus cura eſt, &
incredibili, qui perdit patien-
tiam.

Dicit ſpiritus ut requieſcant
à laboribus ſuis : * *gaudentque* Job. III. 22
vehementer. * Qui expectant 21
mortem, & non venit, quaſi
effodientes theſaurum : * *gau-* 22
dentque vehementer cùm inve-
nerint ſepulcrum. * Ibi impii 17
ceſſaverunt à tumultu, & ibi
requieverunt feſſi robore : * & 18
quondam vincti pariter ſine mo-
leſtia, non audierunt vocem
exactoris. * Parvus & magnus 19
ibi ſunt, & ſervus liber à Do-
mino ſuo.

Impiis autem terminus gaudiorum omnium.

* Non ſic impii, non ſic; * mors Pſ. I. 4
peccatorum peſſima : * extrema Pſ. XXXIII 22 Prov. XIV. 13
gaudii luctus occupat. * Idcirco Exod. V. 8
vociferantur, dicentes : * Sic- I. Reg. XV. 32
cine ſeparat amara mors ? * O Eccli. XLI. 1
mors, quàm amara eſt memo-

ria tua homini pacem habenti in
2 ſubſtantiis ſuis, * viro quieto,
& cujus viæ directæ ſunt in om-
nibus, & adhuc valenti accipe-
Sap. v. 8 re cibum !* Quid nobis profuit
ſuperbia ? aut divitiarum ja-
ctantia quid contulit nobis ?
9 * Tranſierunt omnia illa tan-
quam umbra, & tanquam nun-
cius percurrens.

II. PUNCTUM.

Secundus intuitus bonæ mortis reſpectu præſentis temporis.

Morientium impiorum deplorandus & flebilis ſtatus.

BEati mortui, qui in Domino moriuntur; non ſic impii, non ſic : mors peccatorum peſſi-
Prov. I. 27 *ma.* * Cùm irruperit repentina
calamitas, & interitus quaſi
Sap. IV. 19 tempeſtas ingruerit, * commo-
vebit illos à fundamentis, &
uſque ad ſupremum deſolabun-
tur : & erunt gementes, & me-
20 moria illorum peribit. * Venient
in cogitatione peccatorum ſuo-
rum timidi, & traducent illos
ex adverſo iniquitates ipſorum.
V. 2 * Turbabuntur timore horribi-

li, * dicentes intra se : * Lassati 3 7
sumus in via iniquitatis & per-
ditionis, & ambulavimus vias
difficiles : viam autem Domini
ignoravimus. * Nati continuò 13
desivimus esse : & virtutis qui-
dem nullum signum valuimus
ostendere ; in malignitate autem
nostra consumpti sumus. *Mors
peccatorum pessima.*

Justorum morientium placidus & felix status,

* Justorum autem animæ in III. 1
manu Dei sunt, & non tanget
illos tormentum mortis ; * visi 2
sunt oculis insipientium mori,
& æstimata est afflictio exitus
illorum : * illi autem sunt in pa- 3
ce ; * & si coram hominibus 4
tormenta passi sunt, spes illo-
rum immortalitate plena est.
* In paucis vexati, in multis 5
bene disponentur : quoniam
Deus tentavit eos, & invenit
illos dignos se. * Tanquam au- 6
rum in fornace probavit illos,
& quasi holocausti hostiam ac-
cepit illos, & in tempore erit
respectus illorum. * Qui confi- 9
dunt in illo, intelligent verita-
tem : & fideles in dilectione ac-
quiescent illi : quoniam donum
& pax est electis ejus.

IV. 7 * Justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. etiam in juventute.
13 * Consummatus in brevi, ex-
14 plevit tempora multa ; * placita
enim erat Deo anima illius :
propter hoc properavit educere
illum de medio iniquitatum.
Populi autem videntes, & non
intelligentes, nec ponentes in
15 præcordiis talia : * quoniam
gratia Dei & misericordia est in
Sanctos ejus, & respectus in
16 electos illius. * Condemnat autem
Justus mortuus vivos impios,
& juventus celeriùs consummata,
longam vitam injusti.
17 * Videbunt enim finem sapientis,
& non intelligent, quid
cogitaverit de illo Deus, &
quare munierit illum Dominus ;
18 * videbunt & contemnent eum :
illos autem Dominus irridebit.
19 * Et erunt post hæc decidentes
sine honore, & in contumelia
inter mortuos in perpetuum.

Audivi vocem de cælo dicen-
Isai. LVII. 1 *tem mihi :* * Justus perit, & non
est qui recogitet in corde suo.
2 * Veniat pax, requiescat in cu-
bili suo qui ambulavit in di-
Psal. XL. 4 rectione sua. * Dominus opem

ferat illi super lectum doloris
ejus.

III. Punctum.

Tertius intuitus
respectu futuri temporis.

Nihil auferunt impii ex hac vita in alteram præter sola sua peccata :

* Beati mortui qui in Domi- Apoc. xiv. 13
no moriuntur ; opera enim
illorum sequuntur illos. *Non*
sic impii, non sic. * Dormierunt Psal. lxxv. 6
somnum suum, & nihil invene-
runt omnes viri divitiarum in
manibus suis. * Cùm dives fa- Ps. xlviii. 17
ctus fuerit homo, & cùm mul-
tiplicata fuerit gloria domus
ejus : * cùm interierit, non su- 18
met omnia, neque descendet
cum eo gloria ejus. *Mors pecca-*
torum pessima.

* Vacua est spes illorum, & Sap. iii. 11
labores sine fructu, & inutilia
opera eorum ; * & si quidem 17
longæ vitæ erunt, in nihilum
computabuntur, & sine honore
erit novissima senectus illorum;
* & si celeriùs defuncti fuerint, 18
non habebunt spem, nec in
die agnitionis allocutionem ;

19 * nationis enim iniquæ diræ
ſunt conſummationes.
Eccli. xxxi. 8 * Beatus dives qui inventus
eſt ſine macula : & qui poſt
aurum non abiit, nec ſperavit
10 in pecunia & theſauris * : qui
probatus eſt in illo, & perfectus
eſt : qui potuit tranſgredi, &
9 non eſt tranſgreſſus : * fecit mi-
11 rabilia in vita ſua. * Ideo ſtabi-
lita ſunt bona illius in Domino,
& eleemoſynas illius enarrabit
3 omnis Eccleſia Sanctorum. * In
requie ſua replebitur bonis ſuis,
24 * & anima illius cum ipſo de-
Tob. iv. 11 lectabitur : * quoniam eleemo-
ſyna ab omni peccato & à mor-
te liberat, & non patietur ani-
12 mam ire ad tenebras. * Fiducia
magna erit coram ſummo Deo
eleemoſyna omnibus facienti-
bus eam.


Juſtorum verò bona opera ſequuntur illos poſt mortem.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur; opera enim illorum ſequuntur illos. Opera ſequuntur : fiducia magna erit coram
Job. xxxi. 14 *ſummo Deo*, * cùm ſurrexerit ad
Matth. xxv. 37 judicandum Deus. * Tunc reſ-
pondebunt ei, dicentes : Domine, te vidimus eſurientem, &
pavimus te : ſitientem, & de-

dimus tibi potum : * hoſpitem, 38
& collegimus te : nudum, &
cooperuimus te : * infirmum aut 39
in carcere, & venimus ad te.
* *Non nobis, Domine, non nobis,* Pſ. cxiii. 1
ſed nomini tuo da gloriam; * ne- Dan. ix. 18
que enim in juſtificationibus no-
ſtris proſternimus preces ante
faciem tuam, ſed in miſeratio-
nibus tuis multis. * Domine, Pſ. xxvi. 12
omnia opera noſtra operatus es
nobis. * Servi inutiles ſumus; Luc. xvii. 10
ſed nomini tuo da gloriam.

Beati mortui, qui in Domino
moriuntur. * Cùm dederit dile- Pſ. cxxvi. 2
ctis ſuis ſomnum, * ecce here- 3
ditas Domini. * Tunc dicet Rex Matth. xxv. 34
his : * Ecce venio citò, & mer- Apoc. xxii. 12
ces mea mecum eſt reddere uni-
cuique ſecundùm opera ſua.
* Dicite juſto quoniam bene, Iſai. iii. 10
quoniam fructum adinventio-
num ſuarum comedet. * Euge Matth. xxv. 21
ſerve bone & fidelis, quia ſuper
pauca fuiſti fidelis, ſuper mul-
ta te conſtituam : intra in gau-
dium Domini tui.





II. MEDITATIO.

Exempla bonæ mortis.

I. PUNCTUM.

Repetit hæc exempla anima Christiana ex novissimis Sanctorum verbis.

AUdivi vocem de cælo dicentem mihi : Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Psal. cxv. 10 *Audivi :* * Credidi, propter Novissima quorumdam Sanctorum verba.
11 quod locutus sum. * Ego dixi
15 in excessu meo : * Pretiosa in
conspectu Domini mors Sanctorum ejus.
Apoc. v. 11. 12 * Audivi vocem dicentium. Sancti Patriarchæ Jacob morientis in fide Salvatoris,
Gen. xlix. 18 * Salutare tuum expectabo, Domine.
Judic xvi. 28 * Domine Deus memento Samsonis mortem sibi inferentis simul & inimicis Dei sui,
mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis.
30 *Moriatur anima mea cum Philisthiim.
II Mach. vi. 30 Domine, * qui habes san- Eleazari senis medios inter

cruciatus martyrii,

ctam ſcientiam, manifeſtè tu
ſcis, quia, cùm à morte poſſem
liberari, duros corporis ſuſtineo
dolores: ſecundùm animam ve-
rò propter timorem tuum liben-
ter hæc patior.

Sancti Simeonis habentis inter manus Jeſum infantem,

* Nunc dimittis ſervum tuum, Luc. II. 29
Domine, ſecundùm verbum
tuum in pace; * quia viderunt 30
oculi mei ſalutare tuum: * quod 31
paraſti ante faciem omnium po-
pulorum: * lumen ad revelatio- 32
nem gentium, & gloriam ple-
bis tuæ Iſraël.

Sancti Stephani videntis Jeſum & orantis pro inimicis ſuis,

* Ecce video cælos apertos, Act. VII. 55
& filium hominis ſtantem à
dextris Dei. * Domine Jeſu, 58
ſuſcipe ſpiritum meum; * Do- 59
mine, ne ſtatuas illis hoc pec-
catum.

Sancti Pauli intuentis inſtantem ſibi mortem,

* Tempus reſolutionis meæ II.Tim. IV. 6
inſtat. * Bonum certamen cer- 7
tavi, curſum conſummavi, Fi-
dem ſervavi; * in reliquo repo- 8
ſita eſt mihi corona juſtitiæ,
quam reddet mihi Dominus in
illa die juſtus Judex.

Sancti Dominici,

* Ego ad te venio Pater ſancte. Joan. XVII. 11

Sancti Franciſci Aſſiſinatis recitantis totum hunc pſalmum,

* Voce mea ad Dominum de- Pſal. CXLI. 2
precatus ſum; * effundo in con- 3
ſpectu ejus orationem meam,

* in

4 * in deficiendo ex me ſpiritum
6 meum. * Dixi : Tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium.
8 * Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo : me expectant juſti, donec retribuas mihi.

Pſal cl. 6 * Omnis ſpiritus laudet Dominum.

Sancti Petri Celeſtini recitantis hunc Pſalmum,

Pſal. v. 8 * Introibo in domum tuam : adorabo ad templum ſanctum tuum.

Sancti Ludovici Galliarum Regis,

Pſ. lxxxiii. 2 * Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum ! concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

Sancti Burchardi Epiſcopi Herbipolenſis,

Pſ. l. 19 * Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Sanctæ Thereſiæ, cujus anima evolavit ſub ſpecie columbæ,

Pſ. xxx. 2 * In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum.


Sancti Nicolai Tolentinatis videntis Jeſū,

Cant. vii. 11 * Veni dilecte mi.

Sancti Thomæ Aquinatis,

Pſ. iv, 9. & 10 * In pace in idipſum dormiam, & requieſcam : quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

Sanctæ Gorgoniæ quæ fuit ſoror Sancti Gregorii Nazianzeni.



II. Punctum.

His exemplis excitat se anima Christiana ad præparandam sibi bonam mortem.

Excitat se æstimatione sortis Sanctorum,


* JUxta fidem defuncti sunt Hebr. XI. 13
omnes isti, * aspicientes in XII. 2
autorem fidei & consummato-
rem Jesum. * Laudemus viros Eccli. XLIV. 1
gloriosos, * homines divites in 6
virtute. * Omnes isti in genera- 7
tionibus gentis suæ gloriam ad-
epti sunt, & in diebus suis ha-
bentur in laudibus. * Illi viri 10
misericordiæ sunt, quorum pie-
tates non defuerunt: * & gloria 13
eorum non derelinquetur. * Cor- 14
pora ipsorum in pace sepulta
sunt, & nomen eorum vivit in
generationem & generationem.
* Sapientiam ipsorum narrent 15
populi, & laudes eorum nun-
tiet Ecclesia.

& necessitate imitandi illorum vitam.

* Exemplum accipite fratres, Jacob. V. 10
exitûs mali, laboris & patien-
tiæ. *Pretiosa in conspectu Do-
mini mors sanctorum ejus.* * Ec- Hebr. XIII. 7

ce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt, quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem.

Num. xxiii. 10 * Moriatur anima mea morte
juſtorum, & fiant noviſſima mea
Joſue i. 7 horum ſimilia. * Confortare igitur, & eſto robuſtus valde: &
cuſtodias, & facias omnem le-
Prov. ii. 20 gem, * ut ambules in via bona,
& calles juſtorum cuſtodias.



III. MEDITATIO.

Deſideria bonæ mortis.

I. Punctum.

Deſideratur ex tædio vitæ.

Job. x. 1 * TÆdet animam meam vi-
Jon. iv. 9 tæ meæ: * melius eſt mi-
Job. vii. 1 hi mori quàm vivere. * Militia
eſt vita hominis ſuper terram:
& ſicut dies mercenarii, dies
2 ejus. * Sicut ſervus deſiderat
umbram, & ſicut mercenarius
præſtolatur finem operis ſui:
3 * ſic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas annu-

Tædium vitæ tot & tantis miſeriis immerſæ.

meravi mihi. * Si dormiero, 4
dicam: Quando consurgam? &
rursum expectabo vesperam, &
replebor doloribus usque ad te-
nebras. * Si dixero: Consola- 13
bitur me lectulus meus, & re-
velabor loquens mecum in strato
meo: *terrebis me per somnia, 14
& per visiones horrore concu-
ties.
* Quamobrem elegit suspen- 15
dium anima mea, & mortem
ossa mea. * Domine, si sic vi- Isai. XXXVIII.
vitur, & in talibus vita spiritûs 16
mei: * melior est mors, quàm Eccli. XXX. 17
vita amara: & requies æterna,
quàm languor perseverans *: & Eccle. VII. 2
dies mortis, die nativitatis.
* Heu mihi, quia incolatus Ps. CXIX. 5
meus prolongatus est: * multùm 6
incola fuit anima mea.
Tædium vitæ tot peccatis & peccandi occasionibus obnoxiæ.
* Quis det ut veniat petitio Job. VI. 8
mea, & quod expecto tribuat
mihi Deus? * Et qui cœpit, ipse 9
me conterat: solvat manum
suam, & succidat me? * Et hæc 10
mihi sit consolatio, ut affligens
me dolore non parcat, nec con-
tradicam sermonibus sancti.
* Quare misero data est lux, & III. 20
vita his qui in amaritudine ani-

x. 19 mæ ſunt ? * *Fuiſſem quaſi non
eſſem , de utero tranſlatus ad
Rom. VII. 11 *tumulum.* * Peccatum ſeduxit
Eccli. LI. 18 me , & occidit. *Fuiſſem* , * cùm
junior eſſem , priuſquam ober-
Job. XXIX. 4 rarem : * quando Deus erat in
5 tabernaculo meo , * quando erat
omnipotens mecum.

Melius eſt mihi mori , quàm
III Reg XIX. 4 *vivere;* * neque enim melior ſum.
Pſ. XVII. 5 * Torrentes iniquitatis contur-
Pſ. CXIV. 3 baverunt me , * & pericula in-
Pſ. XVIII. 8 ferni invenerunt me. * Lex Do-
Rom. VII. 12 mini immaculata , * lex quidem
14 ſancta , * lex ſpiritualis eſt : ego
autem carnalis ſum, venumdatus
19 ſub peccato. * Non enim quod
volo bonum , hoc facio : ſed
quod nolo malum , hoc ago.
22 * Condelector enim legi Dei
ſecundùm interiorem hominem:
23 * video autem aliam legem in
membris meis , repugnantem
legi mentis meæ , & captivan-
tem me in lege peccati , quæ eſt
24 in membris meis. * Infelix ego
homo , quis me liberabit de
25 corpore mortis hujus ? * Gratia
Dei per Jeſum Chriſtum Domi-
num noſtrum.

II. Punctum.

Desideratur mors ex spe æternorũ bonorum.

* *MOriatur anima mea mor-* Num.xxiii.10
te justorum , & fiant
novissima mea horum similia.
* Cunctis diebus quibus nunc Job.xiv. 14
milito , expecto donec veniat
immutatio mea. * Clamavi ad Ps. cxli. 6
te , Domine , Dixi : Tu es spes
mea , portio mea in terra viven-
tium. * Educ de custodia ani- 8
mam meam , ad confitendum
nomini tuo : * Domine , libera Ps. cxix. 2
animam meam. * *Heu mihi ,* 5
quia incolatus meus prolongatus
est ! * Sufficit mihi , Domine : III. Reg.xix.4
tolle animam meam. * Quem- Ps. xli. 2
admodum desiderat cervus ad
fontes aquarum , ita desiderat
anima mea ad te , Deus. * Siti- 3
vit anima mea ad Deum fontem
vivum : *quando veniam & ap-*
parebo ante faciem Dei ?

Quando ? Quando ?

Heu mihi , quia incolatus meus prolongatus est !

Philip. I. 21 * Mihi vivere Christus est, &
22 mori lucrum. * Quòd si vivere
in carne, hic mihi fructus ope-
ris est, & quid eligam ignoro.
23 * Coarctor autem è duobus: de-
siderium habens dissolvi, &
esse cum Christo, *multò magis me-*
II. Cor. IV. 18 *lius. Multò magis melius*, * non
contemplantibus nobis quæ vi-
dentur, sed ea quæ non viden-
tur; quæ enim videntur, tem-
poralia sunt: quæ autem non
videntur, æterna sunt.
V. 1 * Scimus enim quoniam si
terrestris domus nostra hujus
habitationis dissolvatur, quòd
ædificationem ex Deo habemus,
domum non manufactam, æter-
2 nam in cælis. * Nam & in hoc
ingemiscimus, habitationem
nostram, quæ de cælo est, su-
3 perindui cupientes: * si tamen
vestiti, non nudi inveniamur.
4 * Nam & qui sumus in hoc ta-
bernaculo, ingemiscimus gra-
vati: eo quòd nolumus expolia-
ri, sed supervestiri: ut absor-
beatur quod mortale est, à vita.
5 * Qui autem efficit nos in hoc
ipsum, Deus, qui dedit nobis
6 pignus spiritus. * Audentes igi-

tur ſemper, ſcientes, quoniam
dum ſumus in corpore, pere-
grinamur à Domino: * (per fi- 7
dem enim ambulamus, & non
per ſpeciem.) * Audemus au- 8
tem, & bonam voluntatem ha-
bemus, magis peregrinari à
corpore, & præſentes eſſe ad
Dominum; * & ideo contendi- 9
mus, ſive abſentes, ſive præ-
ſentes, placere illi.

Conclusio.

Deſiderium bonæ mortis temperatur Chriſtiana fortitudine & patientia.

*Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſ-
ſima mea horum ſimilia.* * Uti- Num. xx. 3
nam periiſſemus inter fratres
noſtros coram Domino.

* Expecta Dominum, virili- Pſ. xxvi. 14
ter age: & confortetur cor
tuum, & ſuſtine Dominum. * Qui Pſ. cxxv. 5
ſeminant in lacrimis, in exulta-
tione metent. * Euntes ibant & 6
flebant, mittentes ſemina ſua:
venientes autem venient cum

exultatione portantes manipulos
Gal. VI. 8 ſuos. * Quæ enim ſeminaverit
homo, hæc & metet. Quoniam
qui ſeminat in carne ſua, de
carne & metet corruptionem:
qui autem ſeminat in ſpiritu, de
ſpiritu metet vitam æternam.
9 * Bonum autem facientes, non
deficiamus; tempore enim ſuo
10 metemus, non deficientes. * Er-
go dum tempus habemus, ope-
Rom. XIV. 8 remur bonum; * ſive enim vivi-
mus, Domino vivimus: ſive mo-
rimur, Domino morimur; ſive
ergo vivimus, ſive morimur,
Domini ſumus.



IV. MEDITATIO.

PSALMUS
de bona morte.

I. PUNCTUM.

Textus Pſalmi.

Continentur hoc Pſalmo quæcumque requiruntur imprimis ad Chriſtianam mortem; hæc autem ſunt,

Præſentia Dei per ſe ipſum, & per gratiam ſuam,

Pſ. XXII. 1 * *DOminus regit me, & ni-*
4 *hil mihi deerit; * nam &*
ſi ambulavero in medio umbræ
mortis, non timebo mala, quo-
niam tu mecum es.

Crux Christi ante oculos & inter manus moribundi Christiani,

Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Sanctissimum Viaticum corporis & sanguinis Jesu Christi,

** Parasti in conspectu meo mensam adversùs eos qui tribulant me.* 5

Sacramentum Extremæ Unctionis,

Impinguasti in oleo caput meum;

Cœlestis & suavis consolatio in bibendo calice mortis,

Et calix meus inebrians quàm præclarus est.

Certa fiducia in misericordia Dei,

** Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* 6

& firma spes æternæ felicitatis.

Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

II. Punctum.

Paraphrasis hujus Psalmi.

Nihil est timendum justo morienti, cùm adsit illi præsens Deus.

SI ambulavero in medio umbræ mortis : * cùm venerit Prov. I. 27
interitus, *non timebo mala.*

Non timebo * dolores mortis, Ps. XVII. 5
* torrentes iniquitatis, * tor- ibid.
mentum mortis, * & quod à Sap. III. 2 3
nobis est iter.

Non timebo, quoniam tu me-
cum es : * quoniam à dextris es Ps. XV. 8

9 mihi ne commovear. * Propter
hoc lætatum eſt cor meum, &
exultavit lingua mea : inſuper
& caro mea requieſcet in ſpe.


*Non timebo in medio umbræ
mortis, quoniam tu mecum es;*
II. Reg. xxii. * quia tu lucerna mea, Domi-
29 ne : & tu, Domine, illumina-
Mich. vii. 8 bis tenebras meas. * Conſurgam
cùm ſedero in tenebris : Domi-
Pſ. xxvi. 1 nus lux mea eſt. * Dominus il-
luminatio mea & ſalus mea :
quem timebo? Dominus prote-
ctor vitæ meæ : à quo trepidabo?

Non timebo dolores mortis,
Pſ. lxx. 5 *quoniam tu mecum es,* * quoniam
tu es patientia mea, Domine.

*Non timebo tormentum mortis,
& quod eſt à nobis iter : quoniam*
II. Reg. xxii. 2 *tu mecum es,* * robur meum &
Salvator meus, *& miſericordia
tua ſubſequetur me omnibus die-
bus vitæ meæ.*

*Non timebo torrentes iniqui-
tatis.*

Pſ. xlviii. 6 * Cur timebo in die mala?
Job. xiv 17 * ſignaſti quaſi in ſacculo delicta
mea : ſed curaſti iniquitatem
meam.



Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Crux Christi est solatium morientis Christiani.

Virga & baculus, * crux Christi, * principatus super humerum ejus, * sceptrum hereditatis ejus, * virga regni, * baculus gloriosus. (I. Cor. I. 17; Isai. IX. 6; Jerem. LI. 19; Ps. XLIV. 7; Jer. XLVIII. 17)

Crux Christi. * Ipse est vita tua; * & erit vita tua pendens ante te. (Deut. XXX. 20; XXVIII. 66)

* Beati mortui qui in Domino moriuntur: * ante quorum oculos Jesus Christus crucifixus est. * Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus. (Apoc. XIV. 13; Gal. III. 1; Gen. V. 29)

Virga & baculus, Crux Christi, * quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam. (Hebr. VI. 19)

Crux Christi, * scutum meum, & cornu salutis meæ. (II. Reg. XXII. 3)

Crux Christi, * solatium vitæ nostræ, * requies morientium: * quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. (Tob X. 4; Judic. XX. 43; II. Cor. I. 5)




Parasti in conspectu meo men-

sam adversùs eos qui tribulant me.

Ps. LXVII. 11 * Parasti in dulcedine tua pau-
Dan. x. 3 peri, Deus, * panem desidera-
Sap. XVI. 20 bilem, * paratum panem de
cælo, omne delectamentum in
se habentem, & omnis saporis
Ps. LXXVII. 24 suavitatem : * panem cæli, * car-
Joan. VI. 54 nem filii hominis & ejus san-
Ps. LXXVII. 25 guinem : * panem Angelorum,
Joan. VI. 33 * qui de cælo descendit, & dat
50 vitam mundo : * ut si quis ex
ipso manducaverit, non mo-
riatur.


Sanctum Viaticum animam lætificat, & corroborat adversùs omnes ipsius hostes.

Parasti adversùs eos qui tribu-
Num. x. 35 *lant me.* * Surge, Domine, &
dissipentur inimici tui, & fu-
giant qui oderunt te, à facie tua.
Ps. XXXIV. 4 * Confundantur & reverean-
tur quærentes animam meam.
Non timebo, quoniam tu mecum
es, adversùs eos qui tribulant
Ps. XXVI. 3 *me.* * Si consistant adversùm me
castra, non timebit cor meum :
si exurgat adversùm me præ-
Paral. xx. 15 lium, in hoc ego sperabo. * Hæc
dicit Dominus : Nolite timere ;
non est enim vestra pugna, sed
Sophon. III. 17 Dei. * Dominus Deus tuus in
medio tui fortis ipse salvabit.



Extremæ-Unctionis finis.

Impinguasti in oleo caput meum.
* Hæc est interpretatio. Dan. IV. 21
* Fili in tua infirmitate ne Eccli.XXXVIII. 8
despicias te ipsum ;* sed ora Do- 9
minum, & ipse curabit te.
* Infirmatur quis in vobis ? Jacob. V. 14
Inducat presbyteros Ecclesiæ,
& orent super eum, ungentes
eum oleo in nomine Domini :
* & oratio fidei salvabit infir- 15
mum, & alleviabit eum Domi-
nus : & si in peccatis sit, remit-
tentur ei.



Et calix meus inebrians, quàm præclarus est.


Christianus patienter vivit, & delectabiliter moritur.

Calix meus, * amara mors ; I. Reg. XV. 32
calix meus, * quem dedit mihi Joan.XVIII.11
pater, * pater & dominator vitæ Eccli. XXIII. 1
meæ. *Calix meus :* *ipse est in quo* Genes. XLIV. 5
bibit Dominus meus, * dicens : Matt.XXVI. 42
Pater mi, si non potest hic calix
transire, nisi bibam illum, fiat
voluntas tua.

Ipse est in quo bibit Dominus meus. * *Calicem salutaris accipiam*, & nomen Domini invocabo ; * gloria magna est sequi Dominum, * sive in morte, sive

Pf. CXV. 13
Eccli.XXIII. 38
II. Reg. XV. 21

Apoc. xiv. 13 in vita. * Beati mortui qui in
Pſ. xxxv. 9 Domino moriuntur : * inebria-
buntur ab ubertate domûs tuæ ,
& torrente voluptatis tuæ pota-
10 bis eos : * quoniam apud te eſt
fons vitæ, & in lumine tuo vi-
debimus lumen. *Calicem acci-*
Pſ. xxxiv. 9 *piam* : * anima autem mea exul-
tabit in Domino , & delectabi-
10 tur ſuper ſalutari ſuo ; * omnia
oſſa mea dicent : Quis ſimilis
tibi ?




Miſericordia tua ſubſequetur me.

Mirabilis ſecuritas animæ & fiducia in Deo.

Pſal. lxx. 5 * Domine, ſpes à juventute
6 mea , * in te confirmatus ſum
ex utero , de ventre matris meæ
9 tu es protector meus : * ne pro-
jicias me in tempore ſenectutis ;
cùm defecerit virtus mea , ne
Iſai. xii. 1 derelinquas me. * Confitebor
tibi , Domine , quoniam iratus
es mihi : converſus eſt furor tuus,
2 & conſolatus es me.* Ecce Deus
Salvator meus , fiducialiter a-
gam , & non timebo : quia for-
titudo mea & laus mea factus es
mihi in ſalutem. *Non timebo :*
miſericordia tua ſubſequetur me.

Non timebo. * Vocabis me, & Job. XIV. 15
ego respondebo tibi : operi
manuum tuarum porriges dex-
teram, *& misericordia tua sub-
sequetur me.* * Si Deus pro no- Rom. VIII. 31
bis, quis contra nos ? * Quis 33
accusabit adversùs electos Dei ?
* Deus qui justificat. * Quis est 34
qui condemnet ? Christus Jesus,
qui mortuus est, immo qui &
resurrexit, qui est ad dexteram
Dei, qui etiam interpellat pro
nobis.




*Ut inhabitem in domo Domi-
ni in longitudinem dierum.*

Spes & suspiria animæ aspirantis in patriam cælestem.

* Quàm dilecta tabernacula Ps. LXXXIII. 2
tua, Domine virtutum : * con- 3
cupiscit & deficit anima mea in
atria Domini. Cor meum &
caro mea exultaverunt in Deum
vivum ; * gloriosa dicta sunt de Ps. LXXXVI. 3
te, civitas Dei.

* Credo videre bona Domini Ps XXVI. 13
in terra viventium. * Expectabo Mich. VII. 7
Deum Salvatorem meum : au-
diet me Deus meus. * Unam pe- Ps. XXVI. 4
tii à Domino, hanc requiram,
ut inhabitem in domo Domini
omnibus diebus vitæ meæ : ut

videam voluptatem Domini, &
Pſ. LXXII. 25 viſitem templum ejus. * Quid
enim mihi eſt in cælo, & à te
26 quid volui ſuper terram ? * De-
fecit caro mea & cor meum :
Deus cordis mei, & pars mea
27 Deus in æternum. * Quia ecce
qui elongant ſe à te, peribunt :
28 * mihi autem adhærere Deo bo-
num eſt, ponere in Domino
Deo ſpem meam.



V. MEDITATIO.

Praxis ritè accipiendi Viatici, diſtincta per varias animæ occupationes.

Utiliſſimum erit conformare huic praxi communionem unam ſingulis menſibus, aut ſaltem annis.

I. Occupatio

Animæ pœnitentis, & mortem libenter excipientis.

Geneſ. XLVIII. 21 * EN ego morior; * ego in-
III. Reg. II. 2 gredior viam univerſæ
Pſ. LXVII. 20 terræ. * Benedictus Dominus,
proſperum iter faciet nobis Deus
21 ſalutarium noſtrorum : * Deus
noſter, Deus ſalvos faciendi ;
& Domini Domini exitus mor-
tis.

Exercitium pœnitentiæ.

* Præoccupemus faciem ejus Pſ. xciv. 2
in confeſſione.

[Supponitur hic peractam eſſe confeſſionem.]

* Miſerere mei, Deus, ſe- Pſ. l. 3
cundùm magnam miſericordiam
tuam, & ſecundùm multitudi-
nem miſerationum tuarum dele
iniquitatem meam. * Deus, pro- Luc. xviii. 13
pitius eſto mihi peccatori. * Vi- Pſ. xxiv. 18
de humilitatem meam & labo-
rem meum: & dimitte univerſa
delicta mea. * Jeſu fili David Marc. x. 47
miſerere mei; * *miſerere mei*, Pſ. vi. 3
Domine, quoniam infirmus
ſum; *miſerere mei*, * quia ho- Luc. v. 8
mo peccator ſum, Domine.

* Ego credidi quia tu es Chri- Joan. xi. 27
ſtus filius Dei vivi, qui in hunc
mundum veniſti, * peccatores I. Tim. i. 15
ſalvos facere, quorum primus
ego ſum. * Domine, qui amas Sap. xi. 27
animas, * cor contritum & hu- Pſal. l. 19
miliatum, Deus, non deſpicies.

* Juſtus es, Domine, & om- Tob. iii. 2
nia judicia tua juſta ſunt, &
omnes viæ tuæ miſericordia,
judicium & veritas. * Et nunc, 3
Domine, memor eſto mei, &
ne vindictam ſumas de peccatis


meis, neque reminiſcaris deli-
cta mea, vel parentum meo-
4 rum. * Quoniam non obedivi-
mus præceptis tuis, ideo traditi
5 ſumus in mortem. * Et nunc,
Domine, magna judicia tua,
quia non egimus ſecundùm præ-
cepta tua, & non ambulavimus
ſinceriter coram te.

6 * Et nunc, Domine, ſecun- Oratio animæ libenter excipientis mortem.
dùm voluntatem tuam fac me-
cum, *& præcipe* in pace recipi
ſpiritum meum; *expedit enim*
mihi mori magis, quàm vivere.
Pſ. xxvii. 2 *Præcipe:* * exaudi Domine vo-
cem deprecationis meæ, dum
Theſſ. v. 9 oro ad te, * per Dominum no-
10 ſtrum Jeſum Chriſtum, * *qui*
mortuus eſt pro nobis.

Mortuus eſt: expedit mihi mori magis, quàm vivere.

Joan. xi. 16 *Mortuus eſt pro nobis:* * ea-
mus & nos, ut moriamur cum eo:
expedit mihi mori magis, quàm
vivere.

Act. xxi. 13
Pſ. cxviii. 60 * Mori paratus ſum: * paratus
ſum, & non ſum turbatus: *ex-*
pedit mihi mori magis, quàm
vivere.



II. Occupatio

Animæ expectantis Sacerdotem adventantem cum ſanctiſſimo Sacramento.

* EXurgat Deus, & diſſipen- Pſ. lxvii. 2
tur inimici ejus, & fu-
giant qui oderunt eum à facie
ejus. * Sicut deficit fumus, de- 3
ficiant : ſicut fluit cera à facie
ignis, ſic pereant peccato-
res à facie Dei. * Ecce ſpon- Matth. xxv. 6
ſus venit, *exite obviam ei* ;
* ecce agnus Dei, ecce qui tol- Joan. i. 29
lit peccatum mundi. * Gaudea- Apoc. xix. 7
mus, & exultemus, & demus
gloriam ei : quia venerunt nup-
tiæ agni. * Beati qui ad cœnam 9
nuptiarum agni vocati ſunt.
* Ecce Deus noſter : * ecce Iſai. xxv. 9
Deus Salvator noſter, * Deus Iſai. xii. 2 Gen. xlviii. 15
qui paſcit me ab adoleſcentia
mea.

Exite obviam ei : * iter facite Pſ. lxvii. 5
ei qui aſcendit ; * Dominus Philip. iv. 5
enim propè eſt.

* Dominus meus & Deus Joan. xx. 28
meus : * *& tu venis ad me !* Matth. iii. 14

VIII. 8 * Centurio ait : Domine non
ſum dignus ut intres ſub tectum
meum : ſed tantùm dic verbo ,
& ſanabitur puer meus : *& tu*
venis ad me !

Luc. I. 41. * Elizabeth exclamavit voce
42. & 43 magna , & dixit : Et unde hoc
mihi ut veniat mater Domini
mei ad me ? *& tu venis ad me !*

II. Reg. VI. 9 * Extimuit David Dominum ,
dicens : Quomodo ingredietur
10 ad me Arca Domini? * & noluit
divertere ad ſe Arcam Domini :
& tu venis ad me !

Luc. V. 8 * Simon Petrus procidit , dicens : Exi à me , quia homo
peccator ſum , Domine : *& tu*
venis ad me !

III. Occupatio

Ad ingreſſum Sacerdotis , & ad præſentiam Domini Jeſu Chriſti.

Apoc. XXII. 20 * *VEni Domine* : * anima
Iſai. XXVI. 9 mea deſideravit te ; * de-
Luc. XXII. 15 ſiderio deſideravi hoc paſcha
manducare.

Pſ. CXVIII. 176 *Veni Domine :* * erravi , ſicut

ovis quæ periit : quære servum
tuum, *Domine. Veni Domine* ;
* non est opus valentibus medi- Matth.ix. 12
cus : * ecce quem amas, infir- Joan. xi. 3
matur. * Sana me, Domine, & Jer.xvii. 14
sanabor ; * *Domine, miserere* Ps. xl. 5
mei : sana animam meam, quia
peccavi tibi. * Ecce Deus Salva- Isai. xii. 2
tor meus : * Hosanna filio Da- Matth. xxi. 9
vid ; benedictus qui venit in
nomine Domini, hosanna in al-
tissimis. * Adorate eum omnes Ps. xcvi. 8
Angeli ejus. * Saltem vos amici Job xix. 21
mei, * venite adoremus, & pro- Ps. xciv. 6
cidamus, & ploremus ante Do-
minum qui fecit nos : * quia 7
ipse est Dominus Deus noster,
& nos populus pascuæ ejus, &
oves manûs ejus. * Dominum Dan. xiv. 24
Deum meum adoro : quia ipse
est Deus vivens.

Domine, miserere mei, sana animam meam.

* *Domine, non sum dignus ut* Matth. viii. 8
intres sub tectum meum : sed tan-
tùm dic verbo, & sanabitur.

Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantùm dic verbo, & sanabitur.

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum : sed tan-

tum dic verbo, & sanabitur.

[*Ad hæc verba Sacerdotis* : Accipe, Frater, Viaticum.]

III.Reg.xix.7 * Surge, comede; grandis
Ps. lxvii. 20 enim tibi restat via. *Prosperum
iter faciet nobis Deus.

IV. Occupatio

Animæ colloquentis cum Jesu post acceptum Viaticum.

Gal. ii. 19 EN *ego morior*, * ut Deo
vivam: Christo confixus
20 sum cruci. * Vivo autem jam
non ego: vivit verò in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

Apoc. xi. 17 * Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es.

Sap. xvi. 13 * Domine, qui vitæ & mor-
I. Reg. iii. 9 tis habes potestatem, * loquere,
Domine, quia audit servus tuus:
Ps. xxxiv. 3 * *dic animæ meæ* : Salus tua ego
4 sum. * Confundantur & re-
vereantur quærentes animam
meam.

Dic animæ meæ : * Confide ; Matth. IX. 2
remittuntur tibi peccata tua.

Dic animæ meæ : * Ego ſum, Iſai. XLIII. 25
ego ſum ipſe, qui deleo iniqui-
tates tuas propter me, & pecca-
torum tuorum non recordabor.

* Dicam Deo : Noli me con- Job X. 2
demnare. * Non intres in ju- Pſ. CXLII. 2
dicium cum ſervo tuo, quia non
juſtificabitur in conſpectu tuo
omnis vivens. *Dic animæ meæ*:
* Neque ego te condemnabo. Joan. VIII. 11

Dic animæ meæ : * Hodie ſa- Luc. XIX. 8
lus domui huic facta eſt : * & Pſ. CXVIII. 132
miſerere mei ſecundùm judicium
diligentium nomen tuum.

Dic animæ meæ : * Hodie me- Luc. XXIII. 43
cum eris in paradiſo.

Vivit in me Chriſtus. * Tenui Cant. III. 4
eum, nec dimittam ; * non di- Geneſ. XXXII.
mittam te, niſi benedixeris mi- 26
hi. * Tu autem in nobis es, Do- Jerem. XIV. 9
mine, & nomen ſanctum tuum
invocatum eſt ſuper nos, ne de-
relinquas nos ; * *mane nobiſcum,* Luc. XXIV. 29
quoniam adveſperaſcit, & in-
clinata eſt jam dies. *Mane no-
biſcum,* * ne unquam obdor- Pſ. XII. 4
miam in morte : * nequando di- 5
cat inimicus meus : Prævalui ad-
versùs eum. *Mane nobiſcum,*

* nequando

Pſ. XLIX. 22 * nequando rapiat, & non ſit
Pſ. XXXVII. 11 qui eripiat. * Dereliquit me vir-
tus mea, & lumen oculorum
meorum & ipſum non eſt me-
12 cum; * amici mei & proximi
mei, & qui juxta me erant, de
22 longè ſteterunt. * Ne derelin-
quas me, Domine Deus meus,
23 ne diſceſſeris à me: * intende in
adjutorium meum, Domine
Deus ſalutis meæ. *Mane nobiſ-*
Job. VII. 21 *cum*; * ecce nunc in pulvere
dormiam: & ſi manè me quæ-
ſieris, non ſubſiſtam.

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Canticum Chriſtiani moribundi poſt acceptum Viaticum.

Luc. II. 29 * NUnc dimittis ſervum
tuum, Domine, ſecun-
dùm verbum tuum in pace:
30 * quia viderunt oculi mei ſalu-
31 tare tuum; * quod paraſti ante
faciem omnium populorum;
32 * lumen ad revelationem Gen-
tium, & gloriam plebis tuæ
Iſraël.

Nunc dimittis ſervum tuum, Domine; * *jam lætus moriar.* Geneſ. XLVI. 30
* Lætatus ſum in his quæ dicta Pſ. CXXI. 1
ſunt mihi: in domum Domini
ibimus. * Reſpice in faciem Pſ. LXXXIII. 10
Chriſti tui. * Memento, Domi- Pſ. CXXXI. 1
ne, omnis manſuetudinis ejus,
qui pro tranſgreſſoribus roga- Iſai. LIII. 12
vit: * & dimitte univerſa delicta Pſ. XXIV. 18
mea, * & dona mihi animam Eſth. VII. 3
meam pro qua rogo.

* *Ecce video cælos apertos, & Act. VII. 55
Jeſum ſtantem à dextris virtutis
Dei* * per fidem quæ eſt in me. XXVI. 18
Jam lætus moriar; * *in domum* Pſ. CXXI. 1
Domini ibimus. Lætus moriar;
* Dominus eſt ſuſceptor animæ Pſ. LIII. 6
meæ.

Video Jeſum. * *Amen veni* Apoc. XXII. 20
Domine Jeſu; * Domine, ſuſ- Act. VII. 58
cipe ſpiritum meum.

* Credidi, *ſuſcipe ſpiritum* Pſ. CXV. 10
meum.

* Dilexi, *ſuſcipe* ſpiritum Pſ. CXIV. 1
meum.

* Speravi, *ſuſcipe ſpiritum* Pſ. LXX. 1
meum.

Veni Domine Jeſu; * in ma- Pſ. XXX. 16
nibus tuis ſortes meæ; * in ma- 6
nus tuas commendo ſpiritum
meum: redemiſti me Domine

Deus veritatis. *Commendo ſpi-*
Pſ. xxi. 2 *ritum meum.* * In te, Domine, ſperavi, non confundar in æternum.

Matth. xxvii. 19 *Commendo ſpiritum meum,* * In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti;

Eccle. xii. 7 *In nomine Patris,* * qui dedit illum;

I. Theſſ. v. 10 *In nomine Filii,* * qui mortuus eſt pro nobis.

In nomine Spiritus ſancti,
Rom. v. 5 * qui datus eſt nobis.

Pſ. iv. 9 * In pace in idipſum dormiam & requieſcam.

Veni Domine Jeſu.

Jeſu, Jeſu, Jeſu.

Pſ. cxlii. 7 * Velociter exaudi me, Domine: deficit ſpiritus meus; *ſuſcipe ſpiritum meum.*





QUATUOR

MEDITATIONES DE RESURRECTIONE JESU-CHRISTI.

PRIMA MEDITATIO.

Exercitium Fidei & Spei per colloquium Jesu & hominis.

I. Punctum.

Exercitium Fidei.

Jesus.

Jesus redivivus exhibet homini vulnera sua :



* INFER digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis. Joan. xx. 27.

Homo.

28 * Dominus meus, & Deus meus. & agnoſcitur ab illo.

Jeſus.

29 * Beati qui non viderunt, & Jeſus ſcrutatur fidem hominis.
Pſ. III. 6 crediderunt. * Ego dormivi, &
ſoporatus ſum, & exurrexi.
Pſ. LXXXVII. 5 * Æſtimatus ſum cum deſcen-
dentibus in lacum: factus ſum
6 ſicut homo ſine adjutorio, *inter
Pſ. CXXXVIII. 18 mortuos liber. * Exurrexi & ad-
Joan. XI. 26 huc tecum ſum: * *credis hoc?*

Homo.

27 * *Utique Domine, ego credi-* Homo profitetur illam,
di, quia tu es Chriſtus filius
Dei vivi, qui in hunc mundum
Job. XIX. 25 veniſti; * *ſcio enim quòd Redem-*
Rom. IV. 25 *ptor meus vivit.* * Traditus eſt
propter delicta noſtra, & reſur-
rexit propter juſtificationem no-
Act. VIII. 32 ſtram; * tanquam ovis ad oc-
ciſionem ductus eſt: & ſicut
Numer. XXIV. 9 agnus coram tondente ſe. * Ac-
Apoc. V. 5 cubans dormivit ut leo; * *vicit*
Coloſſ. II. 15 *leo de tribu Juda:* * & expolians
principatus & poteſtates tradu-
xit confidenter, palam trium-
phans illos in ſemetipſo.

Utique Domine ego credidi.

Jesus.

ejusque testimonium accipit à Jesu :

* *Beatus es* : quia caro & san- Matth.xvi. 17
guis non revelavit tibi, sed pater meus, qui in cælis est.
* Tu cognovisti sessionem Ps. cxxxviii. 2
meam, & resurrectionem meam: *beatus es.*

Homo.

cujus Resurrectionem celebrat cantico laudis.

* A Domino factum est istud, Ps. cxvii. 23
& est mirabile in oculis nostris;
* hoc factum est & tempus af- II. Machab. 1 22
fuit, quo sol refulsit, qui priùs
erat in nubilo. * Hæc est dies Ps. cxvii. 24
quam fecit Dominus, exultemus
& lætemur in ea. * O Domine 25
salvum me fac, ô Domine benè
prosperare : * benedictus qui ve- 26
nit in nomine Domini; * Deus 27
Dominus, & illuxit nobis.
* Benedic anima mea Domi- Ps. ciii. 1
no : Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem & decorem induisti
* amictus lumine sicut vestimen- 2
to. * Ponis nubem ascensum 3
tuum ; ambulas super pennas
ventorum, * sicut fulgur exit Matth. xxiv. 27
ab Oriente, & paret usque in

I. Cor. xv. 54 Occidentem. * Abſorpta eſt
Rom. vi. 9 mors in victoria. * Chriſtus re-
ſurgens ex mortuis jam non mo-
ritur : mors illi ultra non do-
minabitur.

Apoc. v. 12 * *Dignus eſt agnus, qui occi-
ſus eſt*, accipere virtutem, &
divinitatem, & ſapientiam, &
fortitudinem, & honorem, &
gloriam, & benedictionem.
Agnus, qui occiſus eſt, vicit leo.

I. Cor. xv. 55 * Ubi eſt mors victoria tua?
Habac. iii. 5 *Vicit leo de tribu Juda :* * ante
Iſai. xxv. 8 faciem ejus ibit mors : *præcipi-
tabit mortem in ſempiternum.

Habac. iii. 5 *Vicit leo de tribu Juda :* * egre-
dietur diabolus ante pedes ejus.

Pſ. lxvii. 7 *Vicit leo de tribu Juda :* * qui
educit vinctos in fortitudine,
ſimiliter eos qui habitant in ſe-
pulchris.

Amos. iii. 8 *Vicit leo de tribu Juda.* * Ru-
Matth. xxi. 41 giet, quis non timebit? * malos
Jer. xvii. 18 malè perdet. * *Paveant illi, &
non paveam ego; paveant illi*
Job. xxi. 14 * qui dixerunt Deo : Recede à
Luc. xix. 14 nobis; * nolumus hunc regnare
ſuper nos. *Non paveam ego; ſcio
enim quòd Redemptor meus vivit.*

II. Punctum.

Exercitium spei.

Jesus.

Spei objectum, * *EGo sum resurrectio & vita*; Joan. xi. 25
qui credit in me, etiamsi
mortuus fuerit, vivet: * & om- 26
nis, qui vivit & credit in me
non morietur in æternum. * Ve- v. 28
nit hora in qua omnes, qui in
monumentis sunt, audient vo-
cem filii Dei: * & procedent 29
qui bona fecerunt in resurrectio-
nem vitæ. *Ego sum resurrectio
& vita*: * in me omnis spes vi- Eccli. xxiv. 25
tæ; * qui audit me non con- 30
fundetur.

Homo.

Actus, * Quis mihi tribuat ut scri- Job. xix. 23
bantur sermones mei? quis mi-
hi det ut exarentur in libro * sty- 24
lo ferreo, & plumbi lamina, vel
celte sculpantur in silice. * Scio 25
enim quòd Redemptor meus vi-
vit, & in novissimo die de terra
surrecturus sum: * & rursum 26
circumdabor pelle mea, & in
carne mea videbo Deum meum.

27 * quem visurus sum ego ipse, &
oculi mei conspecturi sunt, &
non alius; *reposita est hæc spes
mea in sinu meo.*

I, Cor. XV. 20 * Christus resurrexit à mor-
tuis, primitiæ dormientium:
21 * quoniam quidem per homi-
nem mors, & per hominem re-
22 surrectio mortuorum. * Et sicut
in Adam omnes moriuntur, ita
& in Christo omnes vivifica-
buntur; *reposita est hæc spes mea
in sinu meo.*

34 * Surget corpus: * seminatur
44 in corruptione, surget in incor-
43 ruptione; * seminatur in igno-
bilitate, surget in gloria; se-
minatur in infirmitate, surget
44 in virtute; * seminatur corpus
animale, surget corpus spirita-
le; *reposita est hæc spes mea in
sinu meo: & in carne mea vide-*
Pſ XL. 11 *bo Deum meum.* * Tu autem Do-
mine miserere mei, *& resuscita
me: & resuscita me in resurre-
ctionem vitæ.*

Jesus.

Exod. XXXIII. 19 * Miserebor, * *resuscitabo*: Præmium,
Joan. VI. 55 *& resuscitabo in resurrectionem*
Sophon. III. 8 *vitæ.* * Quapropter expecta me

in die reſurrectionis meæ in fu-
turum : * in die illa non con- 11
funderis. * Expecta Dominum Pſ. xxvi. 14
viriliter age : & confortetur cor
tuum , & ſuſtine Dominum.
* Vincenti dabo edere de ligno Apoc. II. 7
vitæ , quod eſt in paradiſo Dei
mei : * qui vicerit non lædetur 11
à morte ſecunda ; * vincenti da- 17
bo manna abſconditum : * ve- III. 5
ſtietur veſtimentis albis ; * qui 21
vicerit dabo ei ſedere mecum
in trhono meo:ſicut & ego vici,
& ſedi cum patre meo in throno
ejus.

Homo.

Fiducia & gaudium.

* Expecto donec veniat im- Job. XIV. 14
mutatio mea ; * vocabis me & 15
ego reſpondebo tibi : operi ma-
nuum tuarum porriges dexte-
ram. * *Expectabo Deum Salva-* Mich. VII. 7
torem meum , * conſurgam cum 8
ſedero in tenebris : Dominus
lux mea eſt ; *expectabo Deum
Salvatorem meum* , * qui refor- Philip. III. 21
mabit corpus humilitatis no-
ſtræ , configuratum corpori cla-
ritatis ſuæ ; *repoſita eſt hæc ſpes
mea in ſinu meo.*

* Credo videre bona Domini Pſ. xxvi. 13
in terra viventium.

Ps. CXXI. 1 * *Lætatus sum* in his, quæ
dicta sunt mihi : In domum
Domini ibimus.

Ps. LXXXIII. 3 *Lætatus sum :* * cor meum &
caro mea exultaverunt in Deum
vivum.

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Homo spei plenus excitat seipsum, & alium quemlibet secum ad patientiam Christianam.

I. Cor. XV. 9 * SI in hac vita tantùm in
Christo sperantes sumus,
miserabiliores sumus omnibus
II. Machab. VII. 9 hominibus ; * sed Rex mundi
nos in æternæ vitæ resurrectione
Ps. I. 4 suscitabit. * Non sic impii, non
I. Cor. XV. 50 sic : * quia caro & sanguis re-
gnum Dei possidere non pos-
sunt : neque corruptio incorru-
51 ptelam possidebit. * Ecce myste-
rium : omnes quidem resurge-
mus, sed non omnes immuta-
Ps. I. 5 bimur ; * ideo non resurgent im-
pii in judicio, neque peccato-
res in concilio justorum.

I. Cor. XV. 58 * Itaque fratres mei dilecti,
stabiles estote & immobiles,
abundantes in opere Domini,
scientes quòd labor vester non
est inanis in Domino.

* Neſcitis quòd ii, qui in ſta- I. Cor. IX. 24
dio currunt, omnes quidem cur-
runt, ſed unus accipit bravium?
Sic currite ut comprehendatis.
* Omnis autem, qui in agone 25
contendit, ab omnibus ſe abſti-
net: & illi quidem ut corrupti-
bilem coronam accipiant, nos
autem incorruptam.
* Ego igitur ſic curro, non 26
quaſi in incertum: ſic pugno,
non quaſi aërem verberans: * ſed 27
caſtigo corpus meum, & in ſer-
vitutem redigo; *ſcio enim quòd*
Redemptor meus vivit, & in
carne mea videbo Deum meum.
* In reliquo repoſita eſt mihi co- II. Timot. IV. 8
rona juſtitiæ, quam reddet mihi
Dominus in illa die juſtus ju-
dex: non ſolùm autem mihi,
ſed & iis qui diligunt adventum
ejus; *repoſita eſt hæc ſpes mea*
in ſinu meo.
* Habentes itaque fiduciam Hebr. X. 19
in ſanguine Chriſti, * teneamus 23
ſpei noſtræ confeſſionem inde-
clinabilem (fidelis enim eſt qui
repromiſit) * & conſideremus 24
invicem in provocationem cha-
ritatis & bonorum operum.
* Oportuit pati Chriſtum, & Luc. XXIV. 26

Act. xiv. 21 ita intrare in gloriam suam: * & per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.
I. Joan. iii. 2 * Cùm apparuerit, similes ei erimus:
Rom. viii. 17 * si tamen compatimur, ut & conglorificemur;
I. Joan. iii. 3 * & omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se sicut & ille sanctus est.

Scio quòd redemptor meus vivit: reposita est hæc spes mea in sinu meo;
Ps. cxviii. 50 * hæc me consolata est in humilitate mea,
II. Cor. xii. 9 * in infirmitatibus meis,
Coloss. i. 24 * in passionibus.



II. MEDITATIO.

De resurrectione hominis ad vitam spiritualem.

I. PUNCTUM.

Excellentia resurrectionis spiritualis.

II. Timoth. ii. 8 * MEmor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse à mortuis,
Philip. iii. 10 * ad cognoscendum illum per virtutem re- Jesu Christi Resurrectio est causa efficiens & exemplaris resurrectionis spiritualis.

ſurrectionis ejus. * Reſurrexit Rom. IV. 25
propter juſtificationem noſtram;
* ſurge qui dormis, & exurge à Epheſ. V. 14
mortuis, & illuminabit te Chri-
ſtus.
* *Hæc eſt reſurrectio prima:* Apoc. XX. 5
* non carnis depoſitio ſordium, I. Petr. III. 21
ſed conſcientiæ bonæ interroga-
tio in Deum, per reſurrectio-
nem Jeſu Chriſti, * qui eſt in 22
dextera Dei deglutiens mortem:
ut vitæ æternæ heredes efficere-
mur.
* *Beatus & ſanctus qui habet* Apoc. XX 6
partem in reſurrectione prima.
* Deus, qui dives eſt in miſeri- Epheſ. II. 4
cordia, propter nimiam chari-
tatem ſuam, qua dilexit nos,
* cùm eſſemus mortui peccatis 5
convivificavit nos in Chriſto,
(cujus gratia eſtis ſalvati): * & 6
conreſuſcitavit, & conſedere
fecit in cæleſtibus in Chriſto
Jeſu; * ut oſtenderet in ſæculis 7
ſupervenientibus abundantes di-
vitias gratiæ ſuæ in bonitate ſu-
per nos in Chriſto Jeſu. * Ut Rom. VI. 4
quomodo Chriſtus ſurrexit à
mortuis per gloriam Patris, ita &
nos in novitate vitæ ambulemus;
* ſi enim complantati facti ſu- 5

mus similitudini mortis ejus : simul & resurrectionis erimus.

I. Cor. xv. 47 * Primus homo de terra, terrenus : secundus homo de cælo,
48 cælestis. * Qualis terrenus, tales & terreni : & qualis cælestis, tales & cælestes.
49 * Igitur, sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis :
Ephes. iv. 13 *donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram
14. & 15 ætatis plenitudinis Christi ; * ut crescamus in illo per omnia, qui est caput :
Galat. iv. 19 * donec formetur Christus.

Hæc est resurrectio prima.

CONCLUSIO

PRIMI PUNCTI.

Ps. cxxix. 1 * DE profundis clamavi ad
2 te Domine : * Domine
Ps. l. 6 exaudi vocem meam. * Peccavi:
Ps. xxx. 13 * oblivioni datus sum tanquam mortuus : factus sum tanquam
Ps. xl. 11 vas perditum ; * *tu autem Domine, miserere mei, & resuscita*
Ps. cxviii. 17 *me.* * Retribue servo tuo, vivifica me, & custodiam sermones tuos.

Oratio ad postulandam gratiam spiritualis resurrectionis.

* Revela oculos meos, & con- 18
siderabo mirabilia de lege tua.

* *Fac me audire vocem tuam . .* Cant. VIII. 13
vocem tuam. * Ephpheta ; * læ- Marc. VII. 34
tabor ego super eloquia tua. Ps. CXVIII. 162

* Domine jube me ad te ve- Matth. XIV. 28
nire : * in via tua vivifica me ; Ps. CXVIII. 37
* surgam & ibo ad patrem Luc. XV. 18
meum.

* Da mihi intellectum , & Ps. CXVIII. 34
scrutabor legem tuam , & cu-
stodiam illam in toto corde meo.

* Domine labia mea aperies , Ps. L. 17
& os meum annuntiabit laudem
tuam.

* Domine Deus memento Judic XVI. 28
mei , & redde mihi nunc forti-
tudinem pristinam Deus meus ,
ut ulciscar me de hostibus meis.

* Restitue animam meam à Ps. XXXIV. 17
malignitate eorum.

* Redde mihi lætitiam saluta- Ps. L. 14
ris tui.

Domine , miserere mei , & re-
suscita me ; fac me audire vocem
tuam : * Lazare veni foras ; *vo-* Joan. XI. 43
cem tuam : * Adolescens , tibi Luc. VII. 14
dico : Surge.

Domine , miserere mei , & re-
suscita me ; * concupivit anima Ps. CXVIII. 20
mea desiderare justificationes
tuas.

77 *Resuscita me*; * veniant mihi
miserationes tuæ, & vivam;
Ps. cxvii. 17 * non moriar, sed vivam: &
narrabo opera Domini.

II. Punctum.

Leges resurrectionis spiritualis.

Exod. xii. 43 * *HÆc est religio Phase,*
11 * *id est transitus.*

Beatus & sanctus qui habet Prima lex.
partem in resurrectione prima. Morere peccato, & tibimetipsi.
Hebr. ix. 16 * Mors necesse est intercedat;
Act. xvii. 3 * Christum oportuit pati, & re-
Joan. xi. 16 surgere à mortuis; * eamus &
I. Joan. iv. 9 nos, ut moriamur cum eo, * ut
vivamus per eum.

Rom. vi. 8 * *Si mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam vivemus cum Christo.*
Colos. iii. 5 * Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, avaritiam,
8 * iram, indignationem malitiam, blasphemiam, turpem
9 sermonem: * expoliantes vos veterem hominem cum actibus
Rom. vi. 6 suis: * hoc scientes, quia vetus

homo noster simul crucifixus est,
ut destruatur corpus peccati :
* ita ut serviamus in novitate VII. 6
spiritûs. *Si mortui sumus cum*
Christo, simul etiam vivemus
cum Christo.

Secunda lex. Mortuus peccato vive Deo.

* Ultra non serviamus pecca- VI. 6
to ; * qui enim mortuus est, ju- 7
stificatus est à peccato. * Credi- 8
mus, * scientes quòd Christus 9
resurgens ex mortuis jam non
moritur : mors illi ultra non
dominabitur :* quod enim mor- 10
tuus est peccato, mortuus est se-
mel : quod autem vivit, vivit
Deo.

* Ita & vos existimate, vos 11
mortuos quidem esse peccato,
viventes autem Deo in Christo
Jesu Domino nostro. * Non er- 12
go regnet peccatum in vestro
mortali corpore, ut obediatis
concupiscentiis ejus : * sed ne- 13
que exhibeatis membra vestra
arma iniquitatis peccato : sed
exhibete vos Deo tanquam ex
mortuis viventes, & membra
vestra arma justitiæ Deo ; * pec- 14
catum enim vobis non domina-
bitur. * Pro omnibus mortuus II. Cor. V. 15
est Christus ; ut, & qui vivunt,

jam non sibi vivant, sed ei,
qui pro ipsis mortuus est, & re-
surrexit.

Colloss. III. 1 * *Si consurrexistis cum Chri-* Tertia lex.
sto, quæ sursum sunt, quærite, Quære, ac
ubi Christus est in dextera Dei sape bona spiritualia &
2 *sedens; * quæ sursum sunt, sa-* cælestia.
pite, non quæ super terram.
3 * *Mortui enim estis, & vita ve-*
stra est abscondita cum Christo in
4 *Deo. * Cùm Christus apparuerit,*
vita vestra: tunc & vos appa-
rebitis cum ipso in gloria.

II. 20 *Mortui estis;* *Si ergo mortui
estis cum Christo ab elementis
hujus mundi: quid adhuc tan-
quam viventes in mundo de-
cernitis?

Mortui estis: sapite, non quæ
21. & 22 *super terram;* * ne tetigeritis,
neque gustaveritis, neque con-
trectaveritis quæ sunt omnia in
interitum ipso usu.

Consurrexistis cum Christo:
Galat. III. 27 * Christum induistis * novum
Ephes. IV. 24 hominem, qui secundùm Deum
creatus est in justitia & sanctita-
Coloss. III. 12 te veritatis. * Induite vos ergo
sicut electi Dei, sancti, & di-
lecti, viscera misericordiæ, be-
nignitatem, humilitatem, mo-

deſtiam, patientiam: * ſuper 14
omnia autem hæc, charitatem,
quod eſt vinculum perfectionis.
* Pax Chriſti exultet in cordibus 15
veſtris: * verbum Chriſti ha- 16
bitet in vobis abundanter in
omni ſapientia.

Conſurrexiſtis cum Chriſto:
quæ ſurſum ſunt, ſapite: * quæ- Philip. IV. 8
cumque ſunt vera, quæcumque
pudica, quæcumque juſta, quæ-
cumque ſancta, quæcumque
amabilia, quæcumque bonæ fa-
mæ, ſi qua virtus, ſi qua laus
diſciplinæ, hæc cogitate.

Conſurrexiſtis cum Chriſto:
quæ ſurſum ſunt, quærite; *no- III. 20
ſtra converſatio in cælis eſt.

Quæ ſurſum ſunt, quærite: ubi Chriſtus eſt vita veſtra.

Quæ ſurſum ſunt, quærite:
ubi Chriſtus eſt: *infinitus enim Sap. VII. 14
theſaurus eſt hominibus; * ubi Luc. XII. 34
theſaurus veſter eſt, ibi & cor
veſtrum erit.

Quæ ſurſum ſunt, quærite:
ubi Chriſtus eſt, * qui mortuus Rom. VIII. 34
eſt, immo qui & reſurrexit,
qui eſt ad dexteram Dei, qui
etiam interpellat pro nobis.

Quæ ſurſum ſunt, quærite;

Philip. III. 20 * unde Salvatorem expectamus
Dominum noſtrum Jeſum Chri-
21 ſtum, * qui reformabit corpus
humilitatis noſtræ, configura-
tum corpori claritatis ſuæ.

CONCLUSIO
II. Puncti.

Pſ. VI. 9 * DIſcedite à me omnes, qui
operamini iniquitatem. Gratulabunda gratiarum actio pro hac reſurrectione ſpirituali,
Luc. XXIV. 5 * Quid quæritis viventem cum
mortuis? Surrexit.
Galat. II. 20 * *Vivo, jam non ego*: vivit
verò in me Chriſtus.
Philip. I. 21 *Vivo*: * Mihi enim vivere
Chriſtus eſt.
III. 10 *Vivo* * ad cognoſcendum il-
lum & virtutem reſurrectionis
ejus, configuratus morti ejus:
11 * ſi quo modo occurram ad re-
ſurrectionem.
Vivo, jam non ego. Hæc eſt
Pſ. LXXVI. 11 *reſurrectio prima*: * hæc muta-
Pſ. CXVII. 24 tio dexteræ Excelſi: * hæc eſt
Pſ. XV. 9 dies quam fecit Dominus. * Pro-
pter hoc lætatum eſt cor meum
& exultavit lingua mea, inſu-
per & caro mea requieſcet in
10 ſpe: * quoniam non derelinques

animam meam in inferno, nec
dabis ſanctum tuum videre
corruptionem. * Notas mihi 11
feciſti vias vitæ, adimplebis me
lætitiâ cum vultu tuo: delecta-
tiones in dextera tua uſque in
finem.

* Convertere anima mea in Pſ. cxiv. 7
requiem tuam, quia Dominus
benefecit tibi: * quia eripuit 8
animam meam de morte, ocu-
los meos à lacrimis, pedes meos
à lapſu.

* Deo autem gratias, qui de- I. Cor. xv. 57
dit nobis victoriam per Domi-
num noſtrum Jeſum Chriſtum;
* Deo autem gratias qui ſem- II. Cor. ii. 14
per triumphat nos in Chriſto
Jeſu.



III. MEDITATIO.

Colloquium animæ fidelis cum Jeſu, de ſacris ejus plagis.

Jeſus.

* PAx vobis: ego ſum, no- Luc. xxiv. 36
lite timere.

Anima.

Joan. XXI. 7 * *Dominus est.* * Redemptor
Thr. III. 58 vitæ meæ, * quid sunt plagæ
Zach. XIII. 6 istæ in medio manuum tua-
rum ?

Peccata nostra fuerunt causa plagarum Christi:

Jesus.

ibid. * His plagatus sum in domo
Ps. XXI. 17 eorum, qui diligebant me: * foderunt manus meas & pedes
Zach. XII. 10 meos; * & aspicient ad me quem confixerunt, & dolebunt, ut doleri solet in morte primogeniti.

Anima.

Isai. LIII. 5 *Dominus est* : * ipse vulneratus propter iniquitates nostras.
Jer. IX. 1 *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum ? & plorabo die ac nocte.
II. Reg. I. 16 * Ego interfeci *Christum Domi-*
Gal. II. 20 *ni* : *Christum Domini*, * qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

Jesus.

Matt. XXVI. 25 * Tu dixisti : * Vulnerasti cor
Cant. IV. 9 meum soror mea sponsa, vul-
Ps. LXVIII 27 nerasti cor meum : * quoniam

quem tu percussisti, persecuti
sunt. * Iterum: Pax vobis. Joan. xx. 21

Anima.

carum verò effectus debet esse noster erga illũ amor.

* Dilecte mi, * vulnus pro Cant. I. 15
vulnere. * Sagittæ tuæ infixæ Exod. xxi. 25
sunt mihi: * amore langueo. Ps. xxxvii. 3
* Quis mihi tribuat ut ego mo- Cant. II. 5
riar pro te? II. Reg. xviii. 33

Jesus.

* Diligis me plus his? Joan. xxi. 15

Anima.

* Etiam Domine, tu scis quia ibid.
amo te.

Jesus.

* Diligis me? 16

Anima.

* Etiam Domine, tu scis ibid.
quia amo te.

Jesus.

* Amas me? 17

Anima.

* Domine, tu omnia nosti: ibid.
tu scis quia amo te. * Tibi di- Ps. xxvi. 8
xit cor meum, exquisivit te fa-
cies

cies mea; * quia tu nosti solus
cor omnium filiorum homi-
num.

Jesus.

Zach. II. 10 * Lauda & lætare, filia Sion:
quia ecce ego venio, & habita-
bo in medio tui.

Jer. XXX. 21 * *Quis iste est, qui applicet* Sola anima,
cor suum ut appropinquet mihi? quæ diligit Je-
Luc. XXIV. 39 * Videte manus meas & pedes, sum, intenta
25 * stulti & tardi corde ad creden- est ejus plagis
dum in omnibus quæ locuti sunt
26 Prophetæ. * Nonne hæc opor-
tuit pati Christum, & ita in-
trare in gloriam suam?

Quis est iste, qui applicet
cor suum ut appropinquet mihi?

Cant. VI. 8 * Una est columba mea, per-
fecta mea.

Anima.

I. 15 * Ecce, tu pulcher es, dile- Suavis occu-
V. 10 cte mi, & decorus: * Dilectus patio animæ
meus candidus & rubicundus. in adorandis
Joan. I. 14 * Vidimus gloriam ejus, glo- plagis sive
riam quasi unigeniti à Patre, manuũ ejus,
plenum gratiæ & veritatis.

Cant. V. 14 * Manus illius tornatiles au-
Ephes. IV. 8 reæ, plenæ hyacinthis. * De-
Sap. VII. 11 dit dona hominibus: * venerunt

autem mihi omnia bona pariter, & innumerabilis honestas per manus illius.

* In manibus abscondit lucem. Job. xxxvi. 32
cem. * Sicut oculi servorum in Ps. cxxii. 2
manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.

* Ego dilecto meo, & ad me Cant. vii. 10
conversio ejus. * Læva ejus sub II. 6
capite meo, & dextera illius
amplexabitur me. * Libera me Job. xvii. 3
Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me.

* In manus tuas commendo Ps. xxx. 6
spiritum meum: redemisti me,
Domine, Deus veritatis; * in 16
manibus tuis sortes meæ.

Jesus.

* Ego non obliviscar tui; * ec- Isai. xlix. 15
ce in manibus meis descripsi te. 16

Anima.

sive pedum. * *Quàm pulchri sunt gressus* Cant. vii. 1
tui! * Quàm pulchri pedes an- Isai. lii. 7
nuntiantis & prædicantis pacem?* Venit enim filius hominis Luc. xix. 10
quærere & salvum facere quod

Ps. XVIII. 6 periierat. * Exultavit ut gigas ad
Hab. III. 5 currendam viam ; * ante faciem
ejus ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes ejus.

Quàm pulchri sunt gressus tui!

Isai. LX. 14 * Qui humiliaverunt te, adorabunt vestigia pedum tuorum.
Ps. XCVI. 8 * Adorate omnes angeli ejus :
Ps. CXXXI. 7 * adorabimus.
Prov. XXXI. 2 * Dilecte mi, * osculer, oro.
III. Reg XIX. 20
Cant. III. 4 * Tenui, nec dimittam.

Jesus.

IV. 10 * Soror mea sponsa * non cessavit osculari pedes meos ; * re-
Luc. VII. 45
47 mittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.

Anima.

Ruth. II. 13 * Inveni gratiam apud oculos tuos, Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ.

Jesus.

Cant. II. 10 * Surge, propera, amica
Joan. XX. 27 mea ; * infer digitum tuum huc, & vide manus meas : & affer manum tuam, & mitte in la-
Cant. II. 13 tus meum. * Surge, amica mea :
14 * columba mea in foraminibus petræ.

Felix est anima quæ perfugit & se recipit in plagas Christi.

Anima.

* Quis dabit mihi pennas ſi- Pſ. LIV. 7
cut columbæ, & volabo, &
rèquieſcam * quaſi columba ni- Jer. XLVIII. 28
dificans in ſummo ore forami-
nis ?* Introduxit me Rex in cel- Cant. I. 1
laria ſua : exultabimus, & læ-
tabimur in te.

* Notas mihi feciſti vias vi- Pſ. XV. 11
tæ ; * Præceptor, bonum eſt nos Luc. IX. 33
hîc eſſe.

Jeſus.

præcipuè verò in plagam divini lateris.

* Præbe cor tuum mihi, * & Prov. XXIII. 26 Jer. XIII. 4
abſconde ibi illud in foramine
petræ. * Amantiſſimus Domini Deut. XXXIII. 12
habitabit confidenter in eo :
quaſi in thalamo tota die mora-
bitur.

Anima.


* Dilectus meus mihi, & ego Cant. II. 16
illi ; * nunc mihi aperuit cor Judic. XVI. 18
ſuum. * *Hæc requies mea in* Pſ. CXXXI. 14
ſæculum ſæculi : hîc habitabo
quoniam elegi ; hîc habitabo,
* ubi eſt vita : * ubi theſaurus, Eccle. VI. 8 Luc. XII. 34
* ubi ſpiritus Domini. II Cor. III. 17

Hîc habitabo : * fiducialiter Pſ. XI. 6
agam, * & non timebit cor Pſ. XXVI 3
meum.

Pſ. lv. 5 *Hîc habitabo :* * non timebo
quid faciat mihi caro.
11 *Hîc habitabo :* * & ego deſ-
piciam inimicos meos.
Pſ. cxvii. 6 *Hîc habitabo :* * non timebo
quid faciat mihi homo.
Pſ cxxxii. 1 *Hîc habitabo :* * quàm bo-
num, & quàm jucundum ha-
bitare!
Rom. viii. 35 *Hîc habitabo :* * Quis ſepa-
rabit à charitate Chriſti?
Iſai. xxxviii. 14 *Hîc habitabo* ; * meditabor
Epheſ. iii. 18 ut columba, * quæ ſit latitudo,
& longitudo, & ſublimitas &
Pſ. xxxviii. 4 profundum : * & in meditatione
mea exardeſcet ignis

Hæc requies mea in ſæculum ſæculi : hîc habitabo, quoniam elegi.





Colloquium iſtud, quod inſtar eſt Cantici Canticorum, complectitur perfectum ductum animæ ad Deum per viam amoris: anima verò hìc repræſentatur ſuo perſona divæ Magdalenæ.

IV. MEDITATIO.

De Chriſti reſurrectione.

Exercitium amoris per colloquium ſanctæ Mariæ Magdalenæ cum aliis mulieribus, quibuſdam Angelis & ipſo Jeſu, quem quæſivit ad ſepulchrum ejus, in horto.

Maria.

Pœnitentia & mortificatio, quarum myrrha eſt ſymbolum, diſponunt animam ad amorem Jeſu Chriſti.

* SUbverſum eſt cor meum Thr. I. 20
in memetipſa, amaritudine
plena ſum: * defecerunt præ la- II. 11
crimis oculi mei: * faſciculus Cant I. 12
myrrhæ dilectus meus mihi.
* *Surgam & quæram quem di-* III. 2
ligit anima mea: * vadam ad IV. 6
montem myrrhæ. * Adjuro vos, V. 8
filiæ Jeruſalem, * venite, aſcen- Mich. IV. 2
damus ad montem Domini.
* Manus meæ ſtillaverunt myr- Cant. V. 5
rham, & digiti mei pleni myr-
rhâ probatiſſimâ. *Surgam &*
quæram quem diligit anima
mea.

Aliæ mulieres,
quæ comitantur ſanctam Magdalenam ad ſepulchrum Jeſu.

9 * Qualis eſt dilectus tuus ex
dilecto, ô pulcherrima mulie-
rum? qualis eſt dilectus tuus ex
dilecto, quia ſic adjuraſti nos?

Maria.

10 * Dilectus meus candidus & Rationes præ-
rubicundus, electus ex milli- cipuæ hujus
Pſ. XLIV. 3 bus, * ſpecioſus formâ præ filiis amoris ſunt.
Col. II. 3 hominum, * in quo ſunt omnes
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ
Luc. XXIV. 19 abſconditi, * potens in opere Infinita di-
Cant. V. 13 & ſermone; * labia ejus lilia: gnitas ejus a-
Joan. VII. 46 * nunquam ſic locutus eſt homo, dorandæ per-
Cant. V. 16 ſicut hic homo, * totus deſide- ſonæ.
rabilis. Talis eſt dilectus meus, illius erga nos
& ipſe eſt amicus meus, filiæ Je- amor,
Pſ. LXV. 16 ruſalem. * Venite, audite, & beneficia,
narrabo quanta fecit animæ
Tob. XII. 2 meæ. * Quid dignum poterit
eſſe beneficiis ejus?

Aliæ mulieres.

Cant. V. 17 * Quò abiit dilectus tuus, ô
pulcherrima mulierum? quò de-
clinavit dilectus tuus? *& quæ-
remus eum tecum.*

Maria.

& mors. * Humiliavit semetipsum us- Philip. II. 8
que ad mortem, mortem au-
tem crucis; * dilexit me, & tra- Gal. II. 20
didit semetipsum pro me; * pe- Thr. III. 18
riit finis meus & spes mea;
* deponentes eum de ligno, Act. XIII. 29
posuerunt eum in monumento.
* Lapsa est in lacum vita mea; Thr. III. 53
* idcirco ego plorans, & oculus I. 16
meus deducens aquas; quia
longè factus est à me consola-
tor, convertens animam meam.
*Surgam & quæram quem diligit
anima mea.*

Aliæ mulieres.

* Venimus & nos tecum, *& Joan. XXI. 3
quæremus eum tecum.*

Maria cum aliis mulieribus.

Desiderium moriendi pro Jesu. * Eamus, ut moriamur cum XI. 16
eo. * Quis revolvet nobis lapi- Marc. XVI. 3
dem ab ostio monumenti?

Angelus
sedens super lapidem, quem revolverat ab ostio monumenti.

Quisquis eum quærit, nihil reformidare debet. * Nolite timere; scio enim, Matth. XXVIII. 5
quòd Jesum, qui crucifixus est, 5

6 quæritis. * Non est hîc : sur-
rexit enim, sicut dixit; venite,
& videte locum, ubi positus
7 erat Dominus : * & citò euntes
dicite discipulis ejus, quia sur-
rexit.

Maria.

Cant. III. 1 * Quæsivi quem diligit ani-
ma mea : quæsivi illum, & non
V. 8 inveni. * Adjuro vos, filiæ Je-
rusalem, si inveneritis dilectum
meum, ut nuntietis ei quia amo-
re langueo.

Dolor ex ejus absentia, & desiderium ejus præsentiæ.

Duo Angeli,
qui apparuerunt in veste fulgenti.

Luc. XXIV. 5 * Quid quæritis viventem
6 cum mortuis ? * Non est hîc,
sed surrexit.

Qui quærit illum in mundo, frustra quærit.

Maria,
cùm aliis mulieribus mente consternatis & currentibus ad Apostolos.

Joan. XX. 2 * Tulerunt Dominum de mo-
numento, & nescimus ubi po-
Cant. VI. 10 suerunt eum. * Descendi in hor-
V. 6 tum ; * quæsivi, & non inveni :
7 vocavi, & non respondit mihi.
Thr. I. 21 * Invenerunt me custodes : * au-

Ne fatigeris diuturno sive dolore ex ejus absentia, sive desiderio ejus præsentiæ.

dierunt, quia ingemiſco ego, & non eſt qui conſoletur me. *Surgam & quæram quem diligit anima mea.*

Aliæ mulieres,
quas invaſerat pavor & tremor.

* Quàm terribilis eſt locus iſte! * Fugiamus. Gen. XXVIII. 17 II. Reg. XV. 14

Maria ſola
rediens ad ſepulchrum Jeſu.

Quære Jeſum toto vitæ tempore inter viciſſitudines gaudii & mœroris, donec magna dies æternitatis aſpiret.

* Vadam & revertar: *quæram quem diligit anima mea,* * donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ. Exod. IV. 18 Cant. IV. 6

Mulieres
revocantes ad ſe Mariam.

Fruſtra revocat ad ſe mundus animam, quæ Jeſum quærit ex ſincero amore.

* Revertere, revertere, revertere, revertere, ut intueamur te. VI. 12

Maria ſola
rediens ad hortum, & plorans
ad oſtium monumenti.

Quàm pretioſum eſt donum lacrimarum quæ fluũt ex amore divino!

Quæram quem diligit anima mea. * Veniat dilectus meus in hortum ſuum; * quis mihi det, ut inveniam te? * Deducant oculi mei lacrimam per noctem V. 1 VIII. 1 Jer. XIV. 17

I. Reg. xx. 3 & diem ; * uno tantùm (ut ita
dicam) gradu ego morſque di-
Cant. VIII. 6 vidimur. * *Fortis eſt ut mors di-* Quàm felix
II. 5 *lectio* ; * *amore langueo* ; * *hîc* foret qui mo-
III. Reg. II. 30 *moriar. Fortis eſt ut mors dile-* reretur ex hoc
ctio ; *hîc moriar.* * Diligam te , amore !
Pſ. XVII. 2 Domine ; * plorabo ; *hîc mo-*
Iſai. XVI. 9 *riar.*

Duo Angeli.

Joan. xx. 13 * Mulier, quid ploras ?

Maria.

Quia tulerunt Dominum meum : & neſcio ubi poſuerunt eum. * Num quem diligit anima mea , vidiſtis ?

Cant. III. 3

Qui Jeſum amat , nihil lacrimat , niſi ejus abſentiam.

Jeſus
apparens Mariæ , nec agnitus
ab illa.

Joan. xx. 15 * Mulier, quid ploras ? Quem quæris ?

Maria
habens Jeſum pro hortulano.

Ibid. * Domine , ſi tu ſuſtuliſti eum , dicito mihi ubi poſuiſti
Cant. I. 6 eum : & ego eum tollam ; * indica mihi quem diligit anima mea.

Audacia amoris ad quidlibet arduum ſuſcipiendum.

Jeſus.

* Maria. . . . . Joan xx. 16

Maria
agnoſcens Jeſum, & procidens ad ejus pedes.

Suavia momenta præſentiæ Jeſu.

* Vox dilecti mei ; * en ipſe Cant. II. 8
9
ſtat : * en dilectus meus loqui- 10
tur mihi.

* Magiſter ! Joan.xx. 16

* *Inveni quem diligit anima* Cant. III. 4
mea.

Magiſter !

Inveni : * tenui eum, nec ibid.
dimittam.

Magiſter !

Jeſus.

Certa illius & ſtabilis poſſeſſio reſervatur cælo :

* Noli me tangere ; nondum Joan. xx, 17
enim aſcendi ad Patrem meum :
vade autem ad fratres meos, &
dic eis : Aſcendo ad Patrem
meum & Patrem veſtrum, Deum
meum & Deum veſtrum. * *Sur-* Cant. II. 10
ge, propera amica mea ; * jam 11
hiems tranſiit : * flores apparue- 12
runt in terra noſtra ; * oportuit Luc. XXIV. 26
pati Chriſtum, & ita intrare
in gloriam ſuam. *Surge, pro-
pera amica mea.*

& docemur ejuſdem exempli tantum gaudium fructum eſſe patientiæ.

Maria.

Ps. LIV. 7 * Quis dabit mihi pennas si- Vitæ activæ
cut columbæ, & volabo : & fervor & con-
Cant. I. 3 requiescam ? * Trahe me post templativæ
te, curremus in odorem unguen- suavitas.
torum tuorum : exultabimus &
delectabimur in te. Recti dili-
Luc. XVII. 37 gunt te ; * ubicumque fuerit Jesus est cor-
corpus, illuc congregabuntur dis magnes.
& aquilæ.

Jesus.

Surge, propera amica mea ;
Matth. XXVIII. 10 * eant in Galilæam, ibi me vi-
debunt.

Maria
abiens sola, & statim occurrens aliis mulieribus.

Varii effectus amoris divini in anima ad præsentiam Jesu Christi :

Joan. XX. 18 * *Vidi Dominum, vidi Do-* admiratio,
minum, vidi Dominum.
Gen. XLV. 28 *Vidi Dominum :* * sufficit satietas,
mihi.
Cant. II. 7
Luc. XV. 9 * Filiæ Jerusalem, * congra- lætitia,
tulamini mihi ; *inveni quem di-*
ligit anima mea : vidi Domi-
num.

Aliæ mulieres.

* Quid est hoc, quod dicit no- Joan. XVI. 17
bis?

Maria.

perfecta unitas, *Vidi Dominum.* * Dilectus Cant. VI. 1
meus descendit in hortum suum,
ut lilia colligat. * Ego dilecto 2
meo & dilectus meus mihi, qui
pascitur inter lilia.
animæ languor. * Fulcite me floribus, stipate II. 5
me malis: *quia amore langueo*;
* quia vidi Dominum. *Vidi Do-* Joan. XX. 18
defectio, *minum*; * defecit caro mea & Ps. LXXII. 26
cor meum,

Deus cordis mei!

deliquium, *Vidi*, * & corrui corde * penè I. Mac. VI. 10 Esth. XV. 18
exanimata.

Aliæ mulieres.

* Quid vidisti? Gen. XX. 10

Maria.

ardor loquendi de dilecto Jesu, *Vidi Dominum: vidi* * posita Joan. XX. 6
linteamina: *vidi* * sudarium, 7
quod fuerat super caput ejus,
non cum linteaminibus positum,
sed separatim involutum
in unum locum; *vidi* * duos 12
Angelos in albis: *vidi* seden-

tes, unum ad caput, & unum
ad pedes, ubi poſitum fuerat
Pſ. xviii. 6 corpus Jeſu : * *& ipſe, & ipſe*
tanquam ſponſus procedens de
thalamo ſuo.

Joan. xx. 18 *Vidi Dominum*, * & hæc impotentia ad loquendum,
Jer. i. 6 dixit mihi ...... * Neſcio lo-
Cant. v. 6 qui. * Anima mea liquefacta animæ liquefactæ effuſio,
vii. 10 eſt, ut locutus eſt. * Ego dile-
cto meo, & ad me converſio
Job. xxxii. 20 ejus. * Loquar & reſpirabo
paululum.

Cant. ii. 3 * Sicut malus inter ligna ſil-
varum, ſic dilectus meus inter
filios. Sub umbra illius, quem quies & ejus dulcedinis guſtus,
deſideraveram, ſedi : *& fructus*
4 *ejus dulcis gutturi meo.* * Ordi-
navit in me charitatem. *Fulcite*
me floribus, ſtipate me malis :
16 *quia amore langueo.* * Dilectus
meus mihi, & ego illi, qui
paſcitur inter lilia : *& fructus*
ejus dulcis gutturi meo.

Amore langueo, langueo,
Pſ. iv. 9 *amore langueo* ; * in pace in id-
ipſum dormiam & requieſcam :
Jer. xxxi. 26 * *& ſomnus meus dulcis mihi.* & ſomnus animæ,

Aliæ mulieres ad invicem.

Cant. ii. 7 * Adjuro vos, filiæ Jeruſa-
lem, ne ſuſcitetis, neque evigi-

lare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.

Maria.

* Ego dormio, & cor meum vigilat: *& somnus meus dulcis mihi.* v. 2

Aliæ mulieres.

* Fortis est ut mors dilectio; lampades ejus, lampades ignis atque flammarum. * Aquæ mul- VIII. 6
tæ non potuerunt extinguere 7
charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domûs suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Jesus apparens illis.

* Nolite timere: ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt. Matth. XXVIII. 10

Maria.

* Vox dilecti mei. Cant. V. 2

Maria & aliæ mulieres procidentes, pedes Jesu tenentes & adorantes eum.

* Ipse Dominus Deus noster. I. Par. XVI. 14

xxix. 10 * Benedictus es Domine Deus
11 Iſraël ; * tua eſt , Domine ,
magnificentia , & potentia , &
gloria , atque victoria.

Jeſus evaneſcens ab oculis earum.

Joan. xvi. 33 * Confidite , ego vici mundum.

MARIA
& aliæ mulieres abeuntes ad Apoſtolos concinunt elogium Jeſu Chriſti redivivi.

Maria.

II. Reg. vi. 20 * *Quàm glorioſus fuit hodie*
Cant. iii. 11 *Rex Iſraël* ! * egredimini & vi-
Exod. xv. 1 dete , filiæ Sion. * Cantemus
Domino ; glorioſè enim ma-
Pſ. civ. 1 gnificatus eſt: * [a] *Alleluia.* * Sur-
Matth. xxviii. 6 rexit , ſicut dixit : *Alleluia , alleluia.*

a *Alleluia*, Laudate Dominum.

Aliæ mulieres.

Quàm glorioſus fuit hodie Rex
Iſai. liii. 2 *Iſraël !* * Vidimus eum , & non
erat aſpectus , & deſideravimus
3 eum , * deſpectum & noviſſi-
mum virorum , virum dolorum.
8 * De anguſtia & de judicio ſu-

blatus est ; *Generationem ejus quis enarrabit?*

Generationem ejus * in sinu patris ? Joan. I. 18

Generationem ejus * ex semine Rom. I. 3
David secundùm carnem ?

Generationem ejus * ex resur- 4
rectione mortuorum ?

Maria.

* Dabit impios pro sepultu- Isai. LIII. 9
ra, & divitem pro morte sua ;
* videbit semen longævum ; 10
* in scientia sua justificabit ipse 11
justus multos.

Aliæ mulieres.

Surrexit , sicut dixit : * & XI. 10
erit sepulchrum ejus gloriosum:
Alleluia. * Sepulchrum est ho- IV. Reg. XXIII.
minis Dei : *Alleluia , alleluia ,* 17
alleluia.

Maria.

Dixit : * Ero mors tua , ô Osee, XIII. 14
mors : morsus tuus ero , inferne. *Dixit ; Alleluia. Surrexit , sicut dixit ; erit sepulchrum ejus gloriosum : Alleluia , alleluia , alleluia.*

Aliæ mulieres.

Ps. LXXVII. 65 * Excitatus est tanquam dor-
66 miens Dominus : * & percus-
sit inimicos suos in posteriora :
opprobrium sempiternum dedit
Ps. CVI. 16 illis. * Contrivit portas æreas :
& vectes ferreos confregit :
Hab. III. 5 *Alleluia.* * Ante faciem ejus
ibit mors, & egredietur Diabo-
lus ante pedes ejus.

Maria.

18 * *Ego autem in Domino gau-
debo : & exultabo in Deo Jesu*
19 *meo* ; * & super excelsa dedu-
cet me victor in psalmis canen-
tem.

Aliæ mulieres.

Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israël ! erit sepulchrum ejus
Ps. LXXI. 9 *gloriosum.* * Coram illo pro-
cident Æthiopes:& inimici ejus
terram lingent.

Maria.

Ego autem in Domino gaudebo : & exultabo in Deo Jesu meo.

Aliæ mulieres.

* Speciosus formâ præ filiis Ps. XLIV. 3
hominum, diffusa est gratia in
labiis tuis; * specie tua & pul- 5
chritudine tua intende, pro-
sperè procede, & regna; * sa- 6
gittæ tuæ acutæ, populi sub
te cadent, in corda inimicorum
Regis. * Deus omnis terræ vo- Isai. LIV. 5
cabitur; * Reges & Reginæ, XLIX. 23
vultu in terram demisso, ado-
rabunt te. * Venient ad te cur- LX. 14.
vi filii eorum qui humiliaverunt
te: & adorabunt vestigia pedum
tuorum omnes qui detrahebant
tibi.

Maria.

Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Jesu meo.

Alleluia, alleluia, alleluia. Surrexit, sicut dixit.

Aliæ mulieres.

Dixit: * Solvite templum Joan. II. 19
hoc, & in tribus diebus ex-
citabo illud; * ille autem di- 21
cebat de templo corporis sui.
Dixit. * Sicut audivimus, sic Ps. XLVII. 9

vidimus. *Surrexit, ſicut dixit.*
Matth. XII. 40 *Dixit :* * Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus : ſic erit filius hominis in corde terræ. *Dixit. Sicut audivimus, ſic vidimus : Alleluia, alleluia, alleluia. Surrexit, ſicut dixit.*

Maria.

Joan. XI. 25 * Dixit : Ego ſum reſurrectio & vita : qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet ;
26 * & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. *Dixit. Sicut audivimus, ſic vidimus. Surrexit, ſicut dixit : Alleluia.*

Aliæ mulieres.

Alleluia, alleluia, alleluia.
VI. 45 * Eſt ſcriptum in Prophetis :
Oſee. VI. 3 * Vivificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos, *& vivemus in conſpectu ejus.* Sciemus, *ſequemurque* ut cognoſcamus Dominum. *Sicut audivimus, ſic vidimus. Surrexit, & vivemus in conſpectu ejus.*

Maria.


Surrexit * ſpes mea : Job. XIX. 27
Surrexit * vita mea : Thr. III. 53
Surrexit, ſurrexit, * & vivam: Pſ. CXVIII. 77
Alleluia.

Aliæ mulieres.

Surrexit * ſpes noſtra : Iſai. XX. 6
Surrexit * vita noſtra : Sap. II. 8
Surrexit , ſurrexit , & vivemus : Alleluia.

Maria ſimul & aliæ mulieres.

* Invenimus Jeſum , *& vivemus :* Joan. I. 45
* Vidimus gloriam ejus , *& vivemus :* I. 14
Sequemur , & vivemus : Alleluia , alleluia , alleluia.



CONCLUSIO

HUJUS CANTICI.

Excitat se anima Christiana ad amorem Dei.

Rationes diligendi maximopere Deum

I. Joan. IV. 19 * *NOs ergo diligamus Deum.*

Amor ex Deo est.

7 *Diligamus Deum* ; * quia
caritas ex Deo est : & omnis
qui diligit, ex Deo natus est,
8 & cognoscit Deum ; * qui non
diligit, non novit Deum :
quoniam Deus caritas est.

Diligamus Deum : quoniam Deus caritas est.

Ipse Deus est amor.

Marc. XII. 29 *Diligamus Deum* ; * quia
primum omnium mandatum
30 est : * Diliges Dominum Deum
Ephes. II. 4 tuum. *Diligamus* * propter nimiam caritatem, qua *dilexit*
Jer. XXXI. 3 nos : *dilexit* * in caritate perpetua : * prior dilexit.
Joan. IV. 19 petua : * prior dilexit.

Autoritate sua & amore suo legem amoris sancivit Deus.

Gal. I. 1 *Diligamus Deum*, * Deum
Col. I. 13 Patrem, * qui eripuit nos de
potestate tenebrarum & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ.

Beneficia Dei nostrum illi vendicant amorem.

Hebr. IV. 14 *Diligamus Deum*, * Jesum

Filium Dei, * qui dilexit nos, Apoc. I. 5
& lavit nos à peccatis noſtris in
ſanguine ſuo.
Diligamus Deum * Spiri- Act. I. 2
tum Sanctum ; * quia caritas Rom. V. 5
Dei diffuſa eſt in cordibus noſ-
tris per Spiritum Sanctum, qui
datus eſt nobis.

Amor operoſus reddit certum fidei teſtimonium.

* Non diligamus verbo, III. 18
neque linguâ, ſed opere, &
veritate ; * in hoc cognoſcimus 19
quoniam ex veritate ſumus, &
in conſpectu ejus ſuadebimus
corda noſtra.

Amor eſt plenitudo legis, & ad Deum via compendiaria.

* Plenitudo legis eſt dilec- Rom. XIII. 10
tio : * dilectio, cuſtodia legum Sap. VI. 19
eſt. Cuſtoditio autem legum,
conſummatio incorruptionis
eſt : * incorruptio autem facit 20
eſſe proximum Deo.

Numquam ſatis diligitur Deus.

Diligamus Deum * ex toto Deut. VI. 5
corde, ex tota anima, ex tota
fortitudine ; * quia major ſit Job. XXXIII. 12
Deus homine : * quoniam ma- I. Joan. III. 21
jor eſt Deus corde noſtro,
* major eſt omni laude. Eccli XLIII. 33
* *Diligite Dominum* omnes Pſ. XXX. 24
ſancti ejus, * reges terræ & Pſ. CXLVIII. 11
omnes populi, * juvenes & 12
virgines, ſenes cum juniori- Dan. III. 90
bus, * religioſi, * Sacerdotes 84
Domini,

58 Domini, * Angeli Domini,
Eccli. XLIII. 32 *diligite Dominum* * quantumcumque potueritis, *supervalebit enim adhuc.*

Diligamus, diligamus, dili- Rebus omnibus, quæ tandem desinent, superstes amor æternùm manebit.
30 *gamus.* * Adquid valebimus? *supervalebit enim adhuc.*

I. Cor. XIII. 8 *Diligamus Deum:* * *Caritas nunquam excidit.*

Eccle. III. 1 * Suis spatiis transeunt universa sub cælo:

Job. XVI. 23 * Anni transeunt:

Sap. II. 3 * Transibit vita nostra:

I. Joan. II. 17 * Mundus transit:

Mat. XXIV. 35 * Cælum, & terra transibunt:

Caritas nunquam excidit.

I. Cor. XIII. 8 * Sive Prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur: *Caritas nuuquam excidit.*

13 * Nunc manent Fides, Spes, Caritas, tria hæc: major autem horum est Carîtas, *nunquam excidit.*

Eccle. XII. 13 * Finem loquendi pariter omnes audiamus: *Diligamus* Tota vita hominis sive præsens sive futura consistit in amore Dei.
Ibid. *Deum:* * hoc est enim omnis homo.

Diligamus, diligamus, diligamus:

Hoc est omnis homo,

* Nunc in tempore hoc, Marc.x. 30

& in sæculo futuro.

FINIS.

Facultas R. P. Provincialis.

EGo infra ſcriptus Provincialis Provinciæ Franciæ Societatis Ieſu, poteſtate mihi facta à R. admodum Patre Generali Societatis noſtræ præpoſito, concedo P. NICOLAO LE PAULMIER ut Librum, cui titulus eſt, *Scriptura Sacra in Meditationum formam redacta.* à tribus Societatis noſtræ Theologis approbatum in lucem edere poſſit. In cujus rei fidem has Litteras manu noſtra ſcriptas & ſigillo noſtro munitas dedimus Pariſiis die 31. Januarii an. 1691.

JACOBUS LE PICART.

Approbatio.

LEgi hunc Librum *Meditationum* in Sorbona 3. Februarii 1691.

PIROT.

Extrait du Privilege du Roy.

PAR Lettrs Patentes du Roi, données à Paris le ſeiziéme jour de Février 1691. ſignées BOUCHER, & ſcelées du grand Sceau de cire jaune : il eſt permis à JEAN BOUDOT, Libraire à Paris, d'imprimer en tel volume, marge & caractére, & autant de fois que bon luy ſemblera un Livre intitulé, *L'Ecriture Sainte réduite en Méditations par*

le Pere le Paulmier Jesuite , *en Latin & en François* , & ce durant le tems & espace de huit années consécutives , à compter du jour que ledit Livre aura été imprimé pour la premiere fois , avec défenses à tous Imprimeurs , Libraires & autres personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient , d'imprimer , ou faire imprimer, vendre & distribuer ledit Livre , sous quelque prétexte que ce soit, même d'impression étrangére, ou autrement,sans le consentement dudit Exposant , ou ces ayans causes , à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits , de six mille livres d'amende, & de tous dépens,dommages, & interests, &c.

Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris le 19 Février 1691.

Signé P. AUBOÜIN , *Syndic.*

Achevé d'imprimer pour la premiére fois le quinziéme Janvier 1692.

Ledit sieur Jean Boudot a cedé son droit du présent Privilege , au R. Pere le Paulmier.

Et ledit R. P. le Paulmier a retrocedé son droit du présent Privilege à la Veuve de Simon Bénard Marchand Libraire à Paris , suivant l'accord fait entr'eux.

Les Exemplaires ont été fournis.



INDICES
MEDITATIONUM

Ad uſum multiplicem Exercitiorum ſpiritualium,

PRIMUS INDEX.

Pro peccatoribus præſertim Laicis qui à pravitate vitæ convertunt animum ad pœnitentiam.

Prima Dies.

Secunda Dies.

TERTIA DIES.

QUARTA DIES.

QUINTA DIES.

SEXTA DIES.

SEPTIMA DIES.

OCTAVA DIES.

SECUNDUS INDEX.

Pro Laicis qui dirigere vitam student ad normam Evangelii.

PRIMA DIES.

SECUNDA DIES.

TERTIA DIES.

QUARTA DIES.

QUINTA DIES.

SEXTA DIES.

SEPTIMA DIES.

OCTAVA DIES.

TERTIUS INDEX.

Pro Sacerdotibus & Religiosis qui cœptum vitæ institutum minùs fideliter tenuerunt.

PRIMA DIES.

SECUNDA DIES.

TERTIA DIES.

QUARTA DIES.

QUINTA DIES.

SEXTA DIES.

SEPTIMA DIES.

OCTAVA DIES.

QUARTUS INDEX.

Pro Sacerdotibus & Religiosis qui cœptum vitæ institutum fideliter tenent.

PRIMA DIES.

SECUNDA DIES.

TERTIA DIES.

QUARTA DIES.

QUINTA DIES.

SEXTA DIES.

SEPTIMA DIES.

OCTAVA DIES.





INDEX MATERIARUM.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

P

Finis Indicis Materiarum.



French